# AMMONIVS IN QVINQVE VOCES PORPHYRII PER POMPONIVM GAVRICVM NEAPOLITANVM.

V316

## L.GAVRICVS, DOMINICO GRIMANO VENETO CARDINALI.S.P.D.

SVperiori æſtate, quũ forte per id tẽpus quo a ſtudiis uacatur, familiariter qui
buſdã, Vniuerſales illas qnq; Porphyrii uoces iterꝑtari cogeremur. ipoq; ſta
tim principio, quid ſibi Platõica illa uellent, addubitaremus, Cõtuli me illi
co ad Pomponiũ fratrẽ, qui ex Platõe ipſo, cuius is eſt ſtudioſiſſimus ea mihi
explicaret, Quũ uero de Parmenide mihi plura ad eã rem pertinentia recen
ſuiſſet, Ad Porphyrii tandẽ interprætes ſe cõiecit, ipſumq; Ammõium, Ex quo quũ quedã
interpretatus eſſet, ita ego concitatus, Vt rogare obteſtariq;, Cauſando nanq; ſubterfugere
uidebatur, nunq̃ prius deſierim, quã mihi Ammoniũ latĩe ut dictaret, polliceretur. Quod
quũ ꝑfectum celerrime eſſet, Multiq; dein me rogarent, ſibi deſcribendi copiam facerem,
Peneq; etiam conuiciis efflagitarent librarii, Statuimus id ita quidem, Atque ut ſemper, in
commune nr̃a referenda omĩa duximus, conſentaneum atque preclarum magis rati pluri
mis prodeſſe, quã pluribus, Omnibus etiam quã plurimis, quõm licuerit, Verũ enim
uero cogitanti mihi, cui nam hoc munus dono ueniret, Nemo oĩum hominum inuẽtus
eſt, cui dignius q̃ tibi deſtinaretur, Qui in tanto honorũ ordĩe, Sũmaq; in Romão Diuino
q; Senatu auctoritate, Nulli rei tantum, quãtum philoſophiæ ſtudio tribuas, Omnemq; ui
uendi rationem, non in hac breui & caduca, ut Cicero ait, ſed in perpetua illa iã uita collo/
candã exiſtimaſti. Suſcipe igitur Munuſculum hoc nr̃m, alioqui grato ac libenti aĩo pro
fectũ, Spero equidem dices, Dignũ iterpretem ſortitus eſt Porphyrius Ammonium, Di
gnum Ammõius interprætem ſortitus eſt, quamuis adoleſcentem, Pomponiũ. Vale. Et
quod facis, Gauricos fratres ama. Pataui xiiii Cal. Ianuar. M. D. III.

# POMPONII GAVRICI NEAPOLITANI, IN QVINQVE VOCES PORPHYRII COMMENTARIOLVS. EX AMMONIO,

POſtquam propoſitum nobis eſt, ut de philoſophiæ pricipiis dicere icipiamus, Neceſſariũ quidẽ uidetur, ut pnoſcamus quid ſit philoſophia, Oportet enim queꝗ cuiuſlibet inſtitutiõis principia ſuſcepturũ, edoceri prius quid ſit id quod conſequi ſtudeat ita nãqꝫ fiet & ad audiendum apparatior, & ad proſequẽdum multo diligẽtior, Verum id quidẽ non niſi ex diffinitionibus, Qui autem fieri hoc poterit, ut ex diffinitionibus rem ullam percipiamus, ſi quid diffinitio ipſa prius ſit nõ itelligatur, Diffinitio igitur eſt oratio, que eius ipſius quod diffinitur naturã breuiſſime oſtendit, Dicta autẽ eſt per trãſlationẽ ab agrorũ finibus, Nã queadmodũ illi ꝓprietates determinant, diſtinguũtqꝫ ab alienis noſtra, Sic & diffinitiones rem ipſam cõplectuntur, atqꝫ ab aliarũ cõfinio diſiunctã eſſe faciunt, De philoſophiæ igitur diffinitione a nobis hoc loco dicẽdum, Eteni ſi quom pueri grãmaticæ inſtitutionibus traditi ſumus, Ab eius diffinitione cæpimus hoc modo. Grãmatica eſt peritia earũ rerum quæ a poetis atqꝫ hiſtoricis cõſcribũtur, Item qꝫ ſi quom ad oratoriã acceſſimus, Ex diffinitione eã eſſe didicimus uim artificioſam probabilis orationis in cauſis ciuilibus, cuius finis benedicere, Quãto id magis facere debebimus nũc in philoſophia, unde omnium & artium & ſcientiarũ diffinitiones ſuſcipiũtur, In omni autẽ iſtitutione id ita fieri oportere, Poſitũ in Phædro a Platone cõprobauit ut Cicero refert Epicurus, Atque ab eodẽ ipo Cicerone noſtro frequẽti iam eſt uſu cõfirmatũ. Sed apud Platonẽ Socrates, Pagina tertia his uerbis. In oĩbus rebus puer, Quom queſtio aliqua icidit, Primũ quid illud ſit quod queritur, intelligẽdum. Aliter quidẽ prorſus in errorẽ dilabi neceſſe eſt, Fit enim uti, & qui audiunt, Quom rem ipſam quid ſignificet ignorarint, decipiãtur, Et qui docent poſtq̃ declaratum nihil principio fuit, differãt que nec ſibi cõſtare ullo modo poſſunt, neqꝫ aliis. Ne igitur qua in re cæteros uituperamus, uituperãdi & ipſi ſimus. Danda opera eſt, uti quãdo hec inter nos diſceptatio eſt, Potius ne ſit nõ amanti q̃ amanti gratã rem faciundum, Quid ipſe amor ſiet ex diffinitione pernoſcamus. Sic nãqꝫ cõmodũ an incõmodum ex ſe amor afferat facile cõſiderabimus, Hec Plato nos ad Ammonium reuertamur.

OMNIS QVIDEM ſcientia & ars Subiectũ habet ac Finem, Subiectũ eſt id circa quod uerſatur, Finis uero id ad quod reſpicitur, & cuius gratia cætera fiunt, Exẽpli cauſa, Medicus medicinæ ſciæ ſubiectũ habet corpora humana, quia circa ea tm̃ uerſatur, finem uero ſanare, quia ad id ſolũ reſpicit, Similiter quoqꝫ & faber tectonicæ ſuæ artis ſubiectũ habet ligna, finem uero abacum facere. Quapropter diffinitiones omnes uel ex ſubiecto ſuſcipiẽtur, uel ex fine, uel ab utroqꝫ ſimul, Ex ſubiecto, ut quom dicimus, Medicinã eſſe artẽ que circa humana corpora uerſatur, Ex fine ut quom dixerimus, Eã eſſe ſanitatis effectiuã, Ex utroqꝫ aũt ſimul ſic. Medicina eſt ars que circa humana corpora uerſatur. Sanitatis effectiua, Simili mõ & aſtronomia ſubiectum habet celeſtia corpora, Finem uero cognoſcere motus aſtrorũ, Quæramus ergo quid ſubiiciatur & qui ſit finis philoſophiæ, atqꝫ ita facile eius ipſius diffinitionem aſſignabimus, Sciẽdum eſt aũt quod quũ cæteræ oẽs ſciẽtiæ atqꝫ artes circa particularia quædã exiſtãt. ut tectonice fabrilis circa ligna ſolũ, Mediciua circa ſolũ humana corpora, Aſtronomia circa ſolum celeſtia, Sola philoſophia circa res omnes uerſatur, Cuius quidẽ finis cognoſcere, nõ autẽ facere, Suſcipiũtur itaqꝫ philoſophiæ diffinitiones multæ, Multi eni multis modis eam diffiniuerũt, Ac ne importunã in pñtia nõnullorũ deteſtemur ambitionem, qui per multas ac prope infinitas unius alicuius rei diffinitiones percurrẽdo euagari late ſolent, dum multa intelligẽdo nihil intelligũt, Sufficiet nobis quinqꝫ uel paulo plures philoſophiæ diffinitiones adducere, Duæ quidẽ erunt ex ſubiecto, Totidem ex fine, Vna rurſus per excellẽtiã, Altera ex ui nõis, quã Etymologiã accepto uocabulo ſiue ueriloquiũ uocãt, Sit aũt prima philoſophiæ diffinitio hec., PHILOSOPHIA eſt cognitio rerũ uti res ſunt, hoc eſt quatenus earũ eſſentia cõſideratur, Non enim philoſopho propoſitũ eſt, Oĩs

qui in mundoſunt homines ſcire ad unum debere, ſed hominis tantum que ſit natura, Naturas quidem atq; exiſtentias dum taxat rerum Philoſophus cōtemplatur, Platoautem ipſe philoſophiam diffiniuit ſic, Philoſophia eſt diuinarūque & hnmanarum rerū cognitio ſed certe manifeſtum, Eandem eſſe hanc cum ſuperiori diffinitiōe, ac nihil inter ſe differre niſi cognito, ac minus cognito, hoc ē iis rebus quæ a nobis cerni tāgiue poſſūt, ut Cicerōis uerbis utar, & iis quæ nec cerni nec tāgi poſſūt, ſolo tamē aīo atq; itellectu cōcipiūtur Diui/dēs enim plato Res, quæ ſempiternæ eēnt dixit diuinas, quæ gnōem uero corruptionemq; paterētur, uocauit hūanas, Vtraq; igitur diffinitio tradita ē ex ſubiecto, atq; iter ſe ut dictū ē nō differūt, niſi cognito ac minus cognito, Ex fine āt hoc mō, phia ē dei ſiſitudo quo ad eius fieri ab homie poterit, quēadmodū & Plato diffiniuit ī Theeteto, Nā quū Duplicē De us habeat actionem Notionis alteram, Qua cūcta cognoſcit, uti ē apud Poetas, Deus deus oia nouit, Alteram Prouidentiæ, qua Mūdū & que ī mūdo ſūt inferiora hec ipſa regit atq; adminiſtrat, qđ poetæ ſignificāt, nō quom Epicureā mulierē ita loq ītroducūt, Scilicet is ſupis labor ē, ea cura qetos ſollicitat, Sed quom prudētiſſimū uirū ſic, Dabit deus his quoq; finē, Vel rurſus quom matrē ſic. o q Res hominūq; Deorūq; æternis regis iperiis & fulmie terres, Vtriq; ſe ſe Philoſophus deo ꝗ ſimillimū efficiet, Erit eni & rerū cognitor, qñ oia in ſuā contēplationem adduxerit, Et ꝓcurator rectorq; inferiorum, quando ciuilis, is quem ΠΟΛΙΤΙΚΟΝ græci uocāt leges cōſtituerit, qbus ꝗ bona ſūt pmittantur, quæ mala, ꝓhibeātur. Iure igitur dictū ē Philoſophiam eē Dei ſimilitudinē, illud āt QVO AD EIVS FIERI AB HOMINE POTERIT, pulcre adiectū ē diffinitiōi, Quippe ut ꝑclarē ē apđ Homerū, Haud ſimile humanis genus imortale deorū, Quorū eni cūq; ſū diuerſæ ſubſtātiæ diuerſi eorūdē ſūt & fines, quod ipſū ī cæteris quoq; aialibus, manifeſtū, ī hoīe uidelicet atq; Equo, quorū quia differētes ſubſtantiæ, differētes ſunt et fines, Hominis quidē finis ē cū rōne ac prudētia uiuere. Equi uero uelociter currere, belliſque idoneū eſſe, qui imo ī iis ꝗ rōne carēt brutis aialibus nūꝗ differri uideremus fines, niſi & ſubſtātias, Alius qdē ī Cane finis, alius ī boue, ali us ī Equo, qđ ſi ī iis, ꝗto id erit magis ī hoīe ac deo, quorū tā diuærſiſſimæ ſubſtātiæ? Pulcre igitur adiectum diffinitioni illud, quo ad eius fieri ab hoīe poterit, quia quū oīs ſimilitudo ut et nos pauca dicamus, ſemper citra ueritatē conſiſtat, exēpli grā, ſi phidiam imitabimur ſi Homerū aut Demoſthenem, accedemus uere ad eos nūꝗ, Ne forſitan deſiperemus ſpe, rantes diuinā cognitionē prouidentiāue perfecte nos æmulaturos, Cōmonere nos uoluit deus Plato, quēadmodū Titidē ipſum Apollo, ne æqualia diis ſapere audeamus, Humanæ ībecillitatis noſtræ memores, Erit ergo philoſophia, quatenus homini licebit, Diuinæ cognitiōis ac ꝓuidētiæ ſimilitudo. Quā uero ob cām philoſophus duxerit ita diffiniēdā philoſophiā deiceps uideamus, Poſtꝗ ut dictū ē duplices ſūt dei Actiōes, Cognitiuæ alteræ alteræ actiuæ, totidem quoque erūt ex eius imitatione et noſtrarū aiarū, Cōtemplatiuæ ac Practicæ, quibus ſuā quū exerceat philoſophus aiam, dū uel rerū omniū naturā quo mō ſe habeat pſcrutatur, uel paſſiuas aiæ pōtētias cū diuinarū rerū ɔtēplatiōe cōiūgēs, ſupra hoiēm attollitur, Iure qdē plato, dei ſiſitudinē eē phiam diffiniuit, Eſt aūt & alia phiæ diffinitio ex fine ſic. Phia ē mortis meditatio, Sed age uideamus quēadmodū ſint philoſophi de morte meditaturi, quo ue pacto eā ipam mortis mediatiōem itelligi a nobis oporteat, Ne qd ſimile fortaſſe accidat, quod oli Adoleſenti Cleombroto, is.n. quū platonico phædōi ſtudioſe operā dediſſet, didiciſſetque oportere philoſophū mortē meditari, altiſſimo ſe ſe ſtatim muro præcipitem dedit, In quem tale fertur Epigramma,

Vita uale, muro præceps delapſus ab alto
Dixiſti moriens Ambraciota puer,
Nullum ī morte malum credens, Sed ſcripta Platonis
Non ita erant animo Percipienda tuo.

Ex ignorantia igr̄ id ita accidit adoleſentulo, Conſiderādū ei ſiqdē fuerat, Quemadmodū ea ipſa mortis meditatio intelligēda eēt, Quū ꝑſerti ipſe nos Plato apertiſſime admoneat, nō debere ſibi ipſi hoiem manus īferre, in ſecūda quidē pagina his uerbis, Ille igr̄ qui in ar/chanis hr̄i de hiſce rebus ſolet ſermo, Hoīes ueluti in ꝗdā cuſtodia eē, neq; eā refugere, ne/q; īde ſe abducere oportere, magnus qdā mihi certe appet, neq; ſat cognitu facilis, Phas au tē iō nō eſt, Quemꝗ ſibi mortē cōſciſcere, qa quēadmodū qui publica in cuſtodia reus tene tur, ſi quo modo carceribus effractis effugere tētarit, oēs quātæ ſunt leges in ſe conuertet, Ita & q corpis uinculū diuia ꝓuidētia colligatū ſoluere feſtiarit, oēm ſui opificis irā in ſe di gniſſime cōcitabit, Hæc ita ſane ſint, Quō aūt mortis meditationē phiam eē dicemus? Scien

dú quod quũ hõ ex aĩa et Corpore cõpoãtur, uti cõpoſitio eius duplex, ita et ſolutio duplex
Nam quum quoddam ſit Naturale uinculum per quod animæ corpus coniungitur, uitã
ab ea capiens, quoddam uoluntariũ p quod anima ĩheret Corpori, hobediens, ſeru ẽs ab,
eo dominata, Duplex quoq; erit & ſolutio, Altera Corporis ab anĩa, altera animæ a Cor
pore, Et Mors item Duplex, Altera quidem naturalis qua cũcti homines moriũtur, quom
corpus diſſeperatur ab anima. Altera uero uoluntaria, Quom uidelicet philoſophi ani/
mam a Corpore cõtemplando diſiungunt, Dicuntur igitur debere mortem meditari, id
eſt Seperando animã a Corporeis rebus, Diuinæ tantumodo cõtemplationi intentos eſſe
oportere, Sciẽdum autem nõ omnino quom corpus ſeperatur ab anima, & animam ſe
perari a corpore, Ita nanque corporũ Amatrices ſunt animæ, ut poſt mortẽ, adhuc tamen
eodem amore teneantur. At q; ob eam cauſam fieri autumant, Que Circa mortuorum tu
mulos uideri ſolent, umbrarum apparitiones, Verum neq; quom anima ſeperatur a Cor
pore, Corpus oĩno ſeperabitur ab aĩa, Philoſophi.n.et ſi per nimiam contẽplationẽ ue/
hemẽtius ſe ſe a corporibus auocẽt, uiuũt tamẽ, nec prorſus cõmoriuntur, Erit ergo phiã ut
ſuperius dictũ eſt mortis meditatio, hoc eſt ut & nos quoq; Platonẽ panlo apertius iterpræ
temur aſſidua ac frequens diuinarum rerum contemplatio, ad quam peruenire nũq̃ ſane
poterimus, niſi aĩam ipam tantæ mentis capacem, a Corpote iſto ſolutam, id eſt illecebris
omnib. uacuam atq; expurgatam habuerimus. Q. Verere autẽ haud indigne qſpiã pote
rit hoc loco, Si philoſophiæ finis eſt omnium rerum Cognitio, Cur ergo diffinitionem il
lam, Phiã eſt cognitio rerum uti res ſunt, & rurſus illam, Phiã eſt diuinarũ q; & hnmanarũ
rerũ cognitio, ex Subiecto dixerimns eẽ, nõ aũt ex fine: quẽadmodũ.n. mediciæ ſciãm dũ
circa hũana corpora uerſatur, ex Subiecto, dũ uero ſãitatis eſt effectiua, ex fine diffiniri di
ximus. Sic & in philoſophia fuerat dicẽdum, Cuius ſi finis eſt rerũ cognitio, Omẽs quidẽ
ſuperius traditas diffinitiones ex fine, nõ autem ex Subiecto eſſe dici oportebat, Sciendum
quod quũ philoſophiæ tantum duæ ſint ut dictum eſt partes. Altera quidẽ Contemplatiua
Altera actiua, Duo quoque erunt eius & fines, quãdo enĩ dicimus, phiam mortis eẽ medi
tationem, ex actiuo eã fine diffinimus. qnando autem rerum uti res ſũt eſſe cognitionẽ ex
Cõtẽplatiuo, At uero quom dixerimus, eẽ eã Dei ſĩitudinẽ quoad eius fieri ab hoĩe pote
rit, ex ambobus, Medicinæ autẽ ſciã, qnoniã mixta eſt, qñ ex Contẽplatiua ſpecie diffinitur
Circa humana corpa uerſari dicimus, & nõ irrationabiliter Ex Subiecto talẽ eẽ diffinitio
nem affirmabimns, qñ autẽ ex eo, cuius gr̃a fit cõtẽplatio, ſanitatis dicetur effectiua atque
ex fine traditã diffinitionem confitebimur Phiã. uero quũ ſolam contẽplatiuã ſpeciẽ habe
at, pp id n. ſolum fit ut res cognoſcantur, non quidem ex ſubiecto aliã, aliã ex fine ſuſcipiet
diffinitionẽ, Cognitio enim omnis certæ alicuius rei eſt cognitio, Et quoniã Cognitio &
certæ alicuius rei cognitio ſimul una & intelligũtur & Comprehendũtur, Siue ex ſubiecto
eam diffinitionem eſſe quis dixerit ſiue ex fine non aberrabit, Rectius aũt ſi ex ambobus,
Sed age ad aliarum diſtinctionem, eius uidelicet que dicit eſſe Dei ſimilitudinem, & eius
que Mortis uoluit eſſe Meditationem, Ex ſubiecto reliquas diffinitiones nuncupabimus.
EST item & alia Philoſophiæ diffinitio Ariſtotelica per Excellentiam hoc modo, Philo
ſophia eſt ars artiũ & ſcia ſciarũ, itelligebat nimirũ Ariſtoteles earũ oĩm cognitionẽ ad ipſã
phiã referri quodã mõ poſſe ſic, Cognitionũ aliæ qdẽ coharẽt artibus, aliæ uero ſciẽtiis, Ar
tes autẽ & ſcientiæ omẽs nihil inter ſe differũt ſermocinatione, que in oibus ſẽp eſt eadẽ ac
nunquã imutatur, Sed materia, Enim uero ſciæ circa ea uerſantur, q̃ ſemp eodẽ modo ſe ſe
hñt, ut Aſtronomia, geometria, & Arithmetica. Artes uero circa ea q̃ potiſſimũ & uariari
& trãſmutari ſolẽt, ut ſarcinatoria fabrilis ſutoria & ceteræ oẽs cerdonicæ. Ac geometriæ
quidem ſermocinationes imutabiles ſic, In oĩ circulo a centro ad circunferentiã interualla
æq̃liter diſtare, id enĩ eodẽ mõ ſp erit, ac nũquã aliter habebit. Medicie uero artis Diuerſæ,
ut quom dicitur, Cõtraria cõtrariis ſanantur, ppea quod nõ circa idẽ ſemp exiſtit, primum
quidẽ quia nõ omnes morbi mederi poſſunt, quid enim ſi pernicioſa foret peſtis, num
Medicorũ quiſquã curaturus accederet? Deinde quia non ſemper Cõtraria morbis adhi
bentur, ſed ſœpe etiam ſimilia, Plerunque enĩ frigidus humor iſuſus iis qui nuper morbo
cõualuerũt, Debilitatum iã ac pene diſceſſum febris ardorẽ reuocauit, ſolentq; potiſſimũ
Medici, Rigorem rigore, atque Eſtum Eſtu propulſare. Sed ad rẽ, omnibus quidẽ ſciẽtiis
& Artibus philoſophia principiũ dedit, generales que ſermocinatiões Philoſophorũ enĩ
eſt generaliter Res omnes inueſtigare, AC GEOMETRIAE quidẽ ſermocinationes a
philoſophia ſũptæ, Suſcipit. n. geometer punctũ indiuiduũ, ac Magnitudinẽ diuidit in in/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf




finitum, Iiſque ſuis principiis utitur in demõſtrãdo. Atuero philoſophus ea ipſa demõſtrabit ſic. Omne terminans terminato minus eſt una dimenſione. Corpus.n.tripliciter in longitudinẽ, latitudinẽ, ac profunditatẽ diuiſum, terminatur a ſuperficie, Superficies in longitudinem ac latitudinem ſolum, terminatur a linea, Linea in ſolam longitudinẽ terminatur a pũcto, Pũctus uero indiuiſus nullã amplius habebit dimẽſionem. Omne igitur quod aliud terminat minus eſt q̃ terminatum una dimenſione. Quod autem & omnis magnitudo in infinitũ uſq; ſecari poſſit, Demonſtrabit philoſophus ſic, Sectio omnis fit per puncta, Puncta autem neq; perficiunt neq; componũt corpus, Corpus igitur per puncta diuiſum, Poſtq̃ nihil præter magnitudinem quãtitatis per ſectionẽ a corporibus amouetur, Tres habebit dimenſiones, Conſtat igitur nihil obſtare, quo minus corpora in infinitũ uſq; ſecari poſſint, Neq; uero ſi ob innatam nobis imbecillitatẽ, uideatur, id oĩno fieri non poſſe minus tñ id ipſum ſic erit, Medicina quoq; ipſa plurimum debet philoſophiæ, Nam quũ didiciſſent a philoſophis medici, Quattuor prorſus eſſe in omni gñatione corporũ elementa, neq; plura neq; pauciora, Cõtinuo intellexerũt totidẽ in generari humores, atq; ab illis hos ꝓportionabiliter deriuari. Rhetorice itẽ quã dicẽdi rõnem uocamus, nõ iã depẽdet, ſed ita cum phĩa cõiũcta eſt, ut nõ ſatis diſpicere poſſim, A philoſophia ne Rhetorice an ab rhetorice philoſophia ortũ habuerit, atq; utra maiorẽ ſibi auctoritatẽ uendicare merito poſſit, Quũ & philoſophos nõ niſi ſũmos oratores, & oratores nõ niſi ſũmos philoſophos fuiſſe uideamus, alteroſq; ſine alteris aut parũ aut nihil cõſtare, Quod pluribus quidẽ argumentis declararem, ni tecũ mihi nũc ſat eẽt cum Ariſtotelis uox, qui ſibi turpe putauit tacere, quũ Iſocrates loqueretur, tũ Ciceronis noſtri auctoritas, qui ſæpe fatetur omnẽ quanta in ſe fuerit eloquẽtiam a philoſophis accepiſſe, Sed ne lõgius ab Ammonio recedamus, Rhetoricen iccirco a philoſophia dependere dicemus, Quoniã pro inductione ac rõcinatione quibus potiſſimũ dialectici utũtur. Exemplũ ab oratoribus ſumptũ eſt & enthymema, Quẽadmodũ enĩ ratiocinatio qui & accepto uocabulo ſyllogiſmus dicitur uera eſt, quum afferat ex ſe neceſſitatẽ, Ita & enthymema quoq; uerũ, Sillogiſmus aũt eſt ſermo in quo poſitis quibuſdam, aliud quid q̃ que poſita ſunt, neceſſario accidit euenire, hoc modo, Quod ex ſe ipõ per ſe mouetur, imortale, Aĩa ex ſe mouetur, Aĩa igitur imortalis, Enthymema uero eſt quod una tñ propoſitione ſupatur a ſyllogiſmo, Sic. Si aĩa ex ſe ſeipſa mouetur, Quis eſt qui eã cõfitebitur eẽ mortalẽ: Item, Si quod cuncti expetunt, id demũ eſt bonum, quur tu pecuniam hr̃e, iudicas eſſe malum: Simili etiam modo correſpõdebit inductioni exemplum, Nã ſicuti inductio probationis decentẽ quandam probationis rõnem habet, non ſemper tamen ueram, ita & exemplum. Inductio autem eſt ſermo, qui uel a particularibus ad uniuerſalia fidem facit hoc pacto, Phedra non ne priuigno in amore crudelis fuit: fuit. Scylla uero qualis patri, nõne crudelis: crudelis. Dido autem num ſpecie ulla humanitatis uſa eſt quũ ſe ipſam hoſpitis amore interfecerit: nulla, Medea uero quũ fratris membra diſcerpſerit, Creontis regiam incenderit, filios trucidauerit, non ne & ipſa crudelis: quã maxime, Omnes igitur mulieres quom amãt crudeles. Vel e cõtrario a pluribus ad unum aliquod ſimile, quo plurimum uſus eſt apud Platonem Socrates. Hoc modo, Rhetorice ars non ne utilis eſt hominum uite: utilis. Iuris autem ciuilis ſcientia: utiliſſima quidem, Quid cæteræ artes, & cæteræ, Medicia igitur utilis ẽ uitæ, Eiuſmodi eſt illud de Aſpaſia apud Cicerõe Dic mihi quæſo Xenophontis uxor, Exẽplum uero fit a particularibus ad particularia ut ex Cicerone ipſo uerba ponamus hoc mõ, Negant intueri lucẽ phas eſſe ei qui a ſe hominem occiſum eſſe fateatur, In qua urbe tandẽ hoc hoies ſtultiſſimi diſputant, Nẽpe in ea que primũ iudiciũ de capite uidit M. Horatii fortiſſimi uiri, qui nõdũ libera ciuitate, Tñ P. R. comitiis liberatus eſt, quũ ſua manu ſororẽ eſſe interſectã fateretur, Item ſic, Pudiciciam quũ eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marii ꝓpinquus eius ĩperatoris ab eo interfectus eſt cui uim afferebat, facere.n. probus adeoleſcens periculoſe q̃ turpiter pati maluit atq; hunc ille ſũmus uir ſcelere ſolutũ periculo liberauit, Item ſic, Neq;.n. poſſet ille hala ſeruilius aut P. Naſica aut L. opimius aut me cõſ. Senatus nõ nefarius haberi, ſi ſceleratos interfici nephas eſſet, Patet igitur Rhetoricẽ a philoſophia ſũpſiſſe principiũ, eteni & Ariſtoteles plures de ea libros cõſcripſit, preterea orator iuſto utili & bono utitur, q̃q̃ neſciat quõdo aut ubi reperiantur, ſunt.n. qui putent iuſtum cõſiſtere in utili, & contra qui utile dicant ineſſe iuſto, Sunt & qui ea diſiungant contrariaq; eẽ faciãt, que nõ niſi a philoſophis definiri poſſunt, Grãmatica quoq; ad philoſophiã refertur, Nam quia circa tonos & tempora uerſatur, Pertinebit ad muſicen, muſice aũt ut paulo poſt dicetur, ꝑs eſt philoſophiæ, ſed iã

non modo rationales ſcientiæ,uerum ēt hæ quæ mechanicæ uocantur artes,omnes quidē ſubiiciuntur philoſophiæ. Architectus.n.quom ꝑpēdiculo utatur ad diſcernendū ſit nec ne rectus paries,cognoſcit quod ſit perpendiculum,neqꝫ quicquā aliud, Philoſophus uero eius rei cauſam reddens dicet,Omnia grauia ſuapte natura ad cētrum tendere, Ad rectāgulos undecunde lapſu deferri. Rectangulos autē nunq̄ aliquo declinare, Simili ēt mō & Faber ad lignorū rectitudinē rubrica utitur, ſed que ſit rectitudinis natura prorſus ignorat Geometer uero philoſophiæ addictus,dicet,Rectitudinē eā eſſe, Que ex æqualibus iter ſe ſit ſignis ꝯſtituta, Poſſemus aūt ſcientias & artes quæ a philoſophia deductæ fuerint,q̄ plurimas īuenire,Sed hec ſatis, POSTREMO aūt ex ui nominis diffinietur phīa ſic. Phīa eſt ut Cicero iterꝑtatur Sapiētiæ ſtudiū,Cepit aūt hec philoſophiæ appellatio a Pythagora, Qui quidem primus ſuperiorū temporum caſtigauit errores, Nam quū ante eū omnes ſapientē nominarēt,qcūqꝫ artē aliquam recte pertractaret, Quorū numero fuit Archilochus quū dixit, Et gubernator ſophos,ſophos poeta, Vir ſciētiſſimus ac deoplenus,quū ītelligeret ſolum illū uocari debere ſapiētem,Qui ſūmā & ſapientiam & ꝑpetuam rerū omniū cognitionē hrēt, Nō ſe Sophon ſapientē,ſed philoſophon.i.ſapientiæ ſtudioſū appellari uoluit, Quū aūt perſpexiſſet,alios de Grāmatica,De Rhetorica alios,Alios de naturalibus rebus queſtionē habere,Grāmaticos,Rhetoras,Phyſicos,propriis nominibus appellādos eē cenſuit, Eos uero qui diuinarū rerū cōtēplatiōe aīum exercerent,Philoſophos,Ipſūqꝫ eorū ſtudiū philoſophiā,ideſt diuinæ ſapientiæ amorē, Quid aūt ex hac Pythagorica notatione philoſophia ſit,iis libris eſt a nobis declaratum. Quos περί αιρεσεων ſcripſimus.

Sunt quidem & aliæ philoſophiæ diffinitiones,Huc tñ tendunt omnes,Qualis eſt frater illa Solonis, Γηρασκω Αει πολλα διδασκομενος, Quod ipſum πολυμαθεια interpretatur Socrates,In eo qui de Philoſophia inſcriptus eſt a Platone liber,hoc eſt aſſiduam rerum plurimarum diſciplinam, Seneſco iquit multa ſemper addiſcens,Quod q dem pulcherrime imitatus eſt Iulianus,ut Pomponius meminit libro digeſtorum quadrageſimo de fidei ꝯmiſſariis,Cuius uerba digna non ſolū illic ut legantur,ſunt hec, Equidē ego diſcendi cupiditate,quam ſolam,uiuendi rōnē optimā,In octauū & ſeptuageſimum annū ætatis duxi, Memor ſum eius ſentētiæ quā dixiſſe fertur Iulianus,Et ſi alterū in ſepulcro pedem haberem,adhuc addiſcere quidē uellem, Nam quid aliud eſt philoſophia,q̄ ſapere uelle,& que neſcimus,q̄ quidē plera ſunt,edoceri,Satis igitur ut arbitror De philoſophiæ diffinitionibus dictum,Nunc ad diuiſionem tranſeamus.

QVoniam uero in omībus rebus queri ſolet,in quot partes diuidantur. Neceſſarium quidem eſt, ut & nos hoc loco de ipſius philoſophiæ diuiſiōe dicamus, ac primū qd ſit Diuiſio, Quid ſupradiuiſio ac ſubdiuiſio, Diuiſio pricipaliter quidē eſt itegræ rei inciſio, Supradiuiſio Diuiſæ rei ſectio, Verbi gra Diuidatur aīal in rationabile & nō rationabile,ideſt diuiſio,Rurſus in ſuperceleſte ac terrenū, Mortale & īmortale,ſupradiuiſio,Subdiuiſio aūt ē diuiſæ rei ſpecierū partitio,Species uero eas nūc itelligimus quæ ſunt ſubalternæ,hoc mō,Superceleſtiū aliud eſt fixū aliud uero uagū atqꝫ errans,hic nūc ſuperceleſte ſpēs animalis ,ſubdiuiſum, Diuiditur aūt philoſophia quod ex ſuperioribus iā intelligi poteſt,ut non nulli uoluerūt,in duas,ut plerique in tris partes,in contemplatiuā actiuā & rōnalē, Que res an ſic ſe habeat uideamus, Quādo qdē oīa rerū omniū principia ſūt a diuinis,& ut ait ille,ab Ioue omīa,Iouis indigemus oēs, Merito qdē theologicū genus primū,Poſterius uero naturale,q̄q̄ qua ad nos q cognoſcere nō poſſumus q̄ ſūt ī intellectu,niſi præcognouerimus q̄ ſūt in ſenſu,Hoc quidē prius,illud autē poſterius,Mediū uero ſibi ordinē uendicauit Mathematicū,a Platonicis iccirco ut reſidentes in aīa idæas fideliter ꝯtineremus, recordaremurqꝫ que a nobis ſemel eēnt percepta, Mathematicis demonſtrationibus utentes,Quemadmodum in Menone facit Socrates, Ab Ariſtotelicis uero iccirco, ut aſſueſceremus a corporea ſubſtātia trāſire ad īcorporeā,q̄ quū ſit prorrſus ab oculorū ſenſu remota,uim quādā maiorē hēt,q̄q̄ cernitur, Linea qdē hec que eſt in hac ſubiecta materia ligni,æris,aut ceræ,nunq̄ ueluti materia ipa lignū,æs,ceraue a nobis pfecte itelligetur,Niſi cū in animū adduxerimus,illic.n.altius eā ꝯtēplabimur, ut que ſemoueatur a materia, Quod autē omnis figura ī materiæ ſubſtantiā non trāſeat, uel ex hoc manifeſtū, Licet.n. triāgulus in hac cæra ſtati trāſmutetur,dimoto uno aliquo latere, nō ſimul qdē trāſmutabitur & cæra, Trāſmutabatur aūt, Si amborū ſubſtātia fuiſſet cōis utriqꝫ, Nec diſſimile huic eē poterit qđ ē in Platonis Timæo Frater illud,de materia pria, Si oēs inqt figuræ ex eadē auri materia,iterū atqꝫ iterū in alias & alias cōtinue re

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſormarētur,ac quis de una illarum aliqua rogarit,Quid ſit, Dicemus quā ueriſſime, Au/
rum, Triangulū uero aut quā aliā figurā minime, Sed poſtq̄ nonnulli ut dictum eſt,du
as partes fecerūt philoſophiæ, contemplatiuam & actiuam,Non alienum hoc loco erit,in
ueſtigare,quam ob cām,duas ſolum illas, neque plures neque pauciores, Ac pauciores
quidem fieri nullo modo potuit,unum ſiquidem i unū non diuiditur, ,Quare aūt non
plures ſed illas ſolū duas, Duæ ſunt cauſæ, Prima hec,quū philoſophia,ut dictū eſt,dei
ſit ſimilitudo,ac deus duplicē habeat actionē,Notionis alterā,qua cūcta cognoſcit, Alterā
Prouidentiæ,qua Inferiora gubernat, Iure quidē merito philoſophia diuiſa eſt in Cōtē
platiuā & actiuā, Per cōtēplatiuā.n.res ipſas itelligimus, Per actiuā uero diſponimus
iferiora,Sicque deo perquā ſimiles efficimur, Altera ē hec, noſtrarū aiarū duplices

*Actiones aīa3 dupli ces.*

ſunt actiones, Alteræ Intellectiuæ ut mēs Ratio ſenſus & opinio,Alteræ uero uitales ſiue
Appetitiuæ ut uolūtas animus & cōcupiſentia, Quūque per cōtēplationē pficiatur i nobis
uirtus itellectiua,per Actionē uero uitalis atque appetitiua,Rōnabiliter quidē erūt philoſo
phiæ partes duæ,cōtemplatiua & actiua, Sed quum contemplatiuam ipſam diuiſerint in
Theologicum Mathematicum & naturale,id quoque quare ita factum ſit pnoſcamus, Re

*Re3 om̄ tres ſūt ordīes*

rum omnium tres ſunt ordines, Aliæ enim penitus amateria ſeperantur,ut ſunt diuina
Aliæ non ſeperantur ut ſunt naturalia,eæque ſpecies quæ ſine materia nō poſſunt intelligi
ut lignū oſſa caro et eiuſmodi,q̄cūque a natura iterū atque iterū pcreātur corpora, Aliæ
uero ſunt Intermediæ,quæ & ſeperari et non ſeperari poſſunt ut ſūt Mathematica, circulus
quidē triangulus & eiuſmodi per ſe ſe cōſiſtere ſine materia haud quaq̄,poſſūt, Poſſumus
tamē nos ligneū æneū ac lapideū circulū Triangulūue aſpicientes ,eorū ſpeciē mēte noſtra
uolutare,ac ſehorſū a materia concipere, Veluti cera que quom iprimitur a ſigillo, non

*Accidentiū natura.*

materiam trahit, ſed formā, Dicēturque qua per ſe ſe nō cōſiſtunt, a materia nō ſeperari,
qua uero ad noſtra cogitationē qua quiduis imagiari poſſumus, ſeperari, Quū itaque
Rerū omniū aliæ penitus ab intelligentia materiæ ſeperentur, aliæ nō ſeperentur, aliæ taq̄
itermediæ & ſeperentur & nō ſeperentur, Haud quidē irratiōabiliter ,cōtēplatiua ſpēs diui
ſa ē In theologicū naturale & Mathematicū,quæ ſeperātur enim ſubiiciuntur theologico,
quæ minime, Naturali, Quæ uero itermediæ ſeperantur & nō ſeperantur,mathematico.

Quod autem ſpecies rerum corporearum a materia ſeperari non poſſint, Et quod
Mathematica ſeperētur, Patet id quidem ex diffinitionibus ipſis, In diffinitione nanque
Circuli nulla materia ſuſcipietur ſic, Circulus eſt figura Plana ,quā una linea circūſcribit,In
quo omnes quæ ducuntur a centro ad circunferentiam rectilineæ ſunt inter ſe coequales,

At uero quom domus diffinietur,diffiniri ſine materia nullo quidē pacto poterit, Sic.

*Domus*

Domus eſt ædificium quod a cœli nos iniuria defendit,ex cæmento ligniſq; conſtru/
ctum,Niſi.n.materia aliqua præceſſerit, nullum unquam ædificium intelligemus, Ac
iure quidem Medium eſt mathematicū,quoniam quū minime cuiquam liceat,continuo
a naturalibus ad diuina trāſire, proficiſci ab iis que nullatenus a materia ſecluduntur ad ſe

*Mathemata cur ita dicta.*

cluſa, nunq̄ poterimus niſi p mathematica, Mathemata.n. iccirco dcā qđ oporteat q eas
diſciplinas perdidicerit, intelligere ſe mox ad diuina tranſitū ſine ſanguine facturos, Et/
eni & diuinus Plotinus,Ex principe quidē Platone in ſeptimo de Republica libro pagia
ſecūda ſic inquit, Tradendæ ſunt adoleſcentibus mathematicæ, uti aſſueſcāt incorporeā
naturam, nam ſi a naturalibus rebus continuo ad theologiam deducantur, occecabimus,

Vt enim ex tenebricoſis carceribus in ſplendidiſimam lucem exituri,in ea domo aſſue
facere ſe prius ſolent,que mediocre lumen admittit, Sic & adoleſcentuli poſt naturalia,
antequam ad theologiam ducantur,mathematicis diſciplinis exercitandi erunt,ſunt enim
ad illam hæ tanquam gradus,quæ qua non ſemouentur a materia,iunguntur naturalibus,
qua uero ſegregantur,Diuinis, Dicendum mihi nunc eſſet,in quot partes diſtinguantur
Theologium et naturale, Sed quum prolixiores ſint minimeque ad productionem
neceſſariæ,Præteribimus, Ac de mathematico tantū dicamus, Mathematicum diuidi
tur in partes quattuor, in Arithmeticā, muſicen, geometriā, et aſtronomiā, Arithmetica
numerum conſiderat,nō illum cuius iguauū fuiſſe Agamenonem, ſeque inuētorem ut ait
Plato Palamedes i tragœdiis gloriatur,qđ acies iſtruxerit,& græcorū naues primus nume
rauerit,quo dinumerāt cōputātq; uulgo idiotæ ac mercatores,ut ē in Philebo, Duos ex er
citus, tris bōes,q̄tuor equos,qnq; digitos,aut bis quattuor octo,q̄ter quinq̄ uigiti,leuē ac
puerilē, Sed ſpeciē ipſā numerorū diuinā,ut quom q̄ritur quā rōne hēat,ſenarius ad terna
riū,aut nonarius ad ſenariū,nō ne duplarē ille,hic triplarē,ſiue græce, ημιολιον Eſt āt He/

miolius qui ad qué refertur minoré numerum continet, ac eius dimidium, ut ſex ad quat
tuor, nouem ad ſex, conſiderat ité qui a quibus naſcantur qui ſint integri, qui abundent,
Qui pares ſepareſue habeantur, cuius g eneris ea eé poterút, que parminides, queue tum
alibi tum in Phædone querit Socrates, Muſicæ uero, non eam dico quá in libro ſecun/
do & ſeptimo de legibus deteſtatur Plato ſcenicam atque impudicam, Sed qua in tertio
de Republica & ſeptima erudiédos céſet adoloſentulos, honeſtá, caſtiſſimá, poetarú pa/
renté, ſororé oratorú, Nutricé philoſophorú, Amicá totius generis humani, Diiſque ipſis
Iucundiſſimá. Nihil quidé aliud cóſiderat, quá chordarú uocúque cócentus, non quod Pla
to reiicit, Ad uoluptatem afferendam, Sed tum ad mouendos, tú ad leniendos animorú
noſtrorú affectus, Quod quidé declarát adhuc, delapſæ iam e manibus uix ſeruata ueſtigia
Audientes enim tubá excitamur animo ſtatim uehementius, audacioreſq; reddimur, p/
pter quod in præliis ſemper exerceri ſolita, Audientes uero theatralé Melodiá fracto ani/
mo & quaſi ſoluto deficimus, Scitum quidem eſt illud, Fertur Pythagoras quú forte
animaduertiſſet adoleſcentulú quendam Tibiarú ſuauitate effractú, ac quocunque Tibias
inſequentem, iuſſiſſe tibicini ſonum imutaret, ſtatinq;. ubi id factú eſt, ceſſauiſſe in puero af/
fectioné, Intemperantes item factos quoddá atq; ad uim pudicæ domui afferendá con
citatos forte quú uidiſſet iuuenes, iuſſa mutare in ſpódeum modos Tibicina, compoſuiſ/
ſe, Taurominitanum adoleſcentem Ebrium factum, Phrygiſque modis ad amburen
dam Riualis domum in qua Meretrix amica tenebatur, incitatum. ſimiliter animo conſe
daſſe, Terpáder quoq; atq; arion Methimneus leſbios Ionaſque dicútur grauiſſimis mor
bis cátu liberauiſſe. Hiſmenias thebanus bœotiorú quá plurios ſciaticis doloribus exemiſ
ſe. Empedocles agrigétinus Hoſpité ſuú e furibúdi Adoleſcétis gladio, cuius is patré accu
ſatióe dánarat, eripuiſſe, Oía quidé credenda, q̃cunque de diuiniſſima Muſica dicuntur,
GEometria uero cóſiderat magnitudines ac figuras, Et ut breuiter expediamus, Aſtrono
mia Motus aſtrorum, ſic.n. nunc placet επoχαϐ interprætari, SED age quamobrem in
quattuor diuiſum ſit Mathematicum, neque in plura neque in pauciora, Deinceps uidea/
mus. Mathematicú circa quantitaté uerſari manifeſtum, Quantitas autem alia continua,
alia uero diſc reta, cótinua quátitas diuiditur in quátitaté que mouetur, Et q̃ nó mouetur,
que mouetur alia ſemper, alia non ſemper, quantitas uero diſcreta inquantitatem que eſt
per ſe, & que eſt ad aliud, Quantitas continua que non mouetur eſt terra, circa quam
uerſatur geometria, Fritq; geometria cognitio quátitatis cótinuæ que non mouetur. quá
titas cótinua que mouetur eſt Cælum circa quod uerſatur aſtronomia. Eritq; aſtronomia
cognitio quantitatis continuæ que ſemper mouetur, continnú auté id eſt cuius partes in
diſtintione conueniunt cú toto, quantitas autem diſcreta per ſe eſt numerus quando eum
integer ne an abundans, Par an impar ſit conſiderauerimus, neque quicquá aliud quod ex
trinſecus adueniat, Pertineret ení ad muſicen, Arithmetica igitur eſt cognitio quantitatis
per ſe diſcretæ, Quátitas diſcreta ad aliud, eſt habitus tonorum inter ſe qui maxime per
numeros diſcernuntur, Circa quos uerſatur muſica, Eritq; Muſica cognitio quátitatis diſ/
cretæ reſpectú habétis ad aliud, Diſcretú aút id eſt cuius ptes per ſe cóſiderátur, nec dimo/
ueri ſimul pñt, Vñ geometria & aſtronomia erút circa quantitataté cótinuá, Arithmetica
uero et muſice circa diſcretam, Diximus iá de contempletiua, Nunc uero de altera par/
te quá actiuam uocauimus, dicendú, Diuiditur quidé in moralem, Domeſticá, et popu/
laré, ſed græce ſignificantius, in Ethicam, œconomicam, & Politicam, quicunq;.n. quid re
cte facit, Vel in ſe ipm faciés dr, Ethicus, uel in domeſticos œconomicus, uel in Ré publicá
Politicus. quáquá nonnulli dicant, qui politicus ſit, eúdem poſſe & ethicú & œconomicú
dici, ſubiiciantq; actiuæ ſolam Politicam, Sed male, Plerique enim ab inani gloria domi/
nati, Reſpublicas quidem recte adminiſtrarunt, ſeipſos uero penitus neglexere, ac nullam
ſui ſuarum que rerum curam habuere, Non imerito igitur in tres partes a nobis diuiſa
eſt, in ethicá œconomicá & politicá, Diuiditur aút unaqueq; in Nomotheticá, ea eſt feréda
rú legú ratio, & in iudicialé, Politicus ení philoſophus & leges fert ad populú, & quod iu
re aut iniuria factú q̃ritur, ex iiſdem diiudicás, bonos afficit præmiis, malos uero ſuppliciis,
Similiter & œconomicus Paterfamilias leges fert ad domeſticos, diiudicans que punit
ſi a legibus declinarint, Similiter etiam & Ethicus ſibi leges proponet hoc modo,

Imprimis uenerere deos, uenerere parentes,
Et uentri, et ſomno parcas ueneremque repellito,
Atque animos iranque tuam frenare memento,

Et quæcunq; ſcribit ad Demonicum Iſocrates, Ea enim morales ſunt leges, Diiudicabit Vero ſeipſum, Sic.

Non mollem captare decet tua lumina ſomnum
Ante recenſendo quam ter tua facta probaris,
Quo ueni? quidnam potui feciſſe? quid actum eſt?
Ordine cũcta ſuo memorãs, ac mox tibi ſiquod
Turpe malum occurret, doleas, læteris honeſto,

De œconomico aũt & politico oportunius fortaſſe alios, Nũc pauca quẽdã de Ethico, unde Ethicus, qđ nr̃i dixerũt morẽ, nihil aliud eſt quã hoĩs ornamẽtũ ac pulcritudo, pulchritudo cuiuſlibet rei eſt ꝑfectio, Perfectio aũt oĩs fit ex priuatiõe rerũ uicioſarũ, exceſſus ſcilicet atque defectus, quibus ꝯſtat turpitudo, nã ſi turpẽ dixeris Cui mẽbrũ aliquod defuerit, dices & turpem eum qui pluribus abũdarit, quales apud Apollonium gigantes, & ĩ ſympoſio Ariſtophanes oli initio hoĩes fuiſſe narrat, ac ſi turpẽ dixeris, Cui lõga nouẽ ꝑ iugera corpus porrigitur ticiũ Turpẽ quoq; dices, q ĩ Cauernula uiuit ſpithamæũ pigmæũ. turpitudo eñi cõtraria pulchritudĩ. & quoniã uel exceſſu uel defectu ĩpfecta eſt, cõtraria erit & ꝑfectiõi, Perfectio igitur oĩs, qñ cõtraria Cotrariarũ rerũ priuatione ꝑficiuntur, oĩno cõſtabit obſeruatione Turpitudinis, Hec De diffinitiõe & diuiſione ipſius Philoſophiæ ſũmatim qdẽ a nobis dicta ſint, Diuĩa certe eſt, atq; ab oĩ bus quã maxime expetẽda, Sed ꝑclare de ea dictũ, ferunt, Tale tantunq; bonũ, neq; iã perueniſſe, neq; unq̃ ad Homines peruenturum, Nunc autem ad ea que ad propoſitũ magis ꝑtinere uidebuntur, Deueniamus,

QVum intellexiſſent Philoſophiã omninũ rerum uti res ſunt eſſe cognitionẽ, Ceperunt inueſtigare philoſophi, quo pacto in eam ipſam rerum omnium cognitionẽ peruenirent, Quũque animaduertiſſent, Particularia cũcta generari atque Corrumpi, Eorũq; ob id experientiam hr̃i nõ poſſe, ſcientiãq; ſempiternaũ Certarũq; rerũ eſſe, atq; id quod cognoſcnedũ eſſet a Notione cõprehendi oportere, Deduxerũt ſe a particularibus ad uniuerſalia, que uidebantur eterna & definita, ſcientia nanque a græcis ut in Cratylo iterꝑtatur Socrates, iõ dicta, quod nos in certiſſimum quedam Rerum ſtatũ finẽq; ꝑducat, Exqramus igitur quomõ progreſſum hunc fecerint a particularibus ad uniuerſalia, Quum ĩtelligerẽt uerbi gr̃a in hõibus, haud quaq̃ oportere quot quot in mundo hoies eẽnt a ſe dignoſci, A ꝑticularibus cunctis hõibus, deueneruut ad uniuerſalem hanc hominis naturã, Animal rationabile Mortale, Nam qui id nouerit, noſcet quicũq; ſunt, fuerũt, aut futuri ſunt homines, Eodẽ modo a particularibus equis, deuenerũt, ad uniuerſalem equi naturam, que omnes complecteretur, hãc, Animal quadrupes Hinnibile, nõ.n. neceſſariũ erat philoſopho, ſcire qui flauus eẽt, q Maculoſus, qui giluus, ſed uniuerſaliter tantũ quid eẽt equus, Vniuerſalia nãq; ſemꝑ eodẽ mõ, nec nũc hoc rurſus alio atq; alio quemadmodũ particularia, Alia quidem eſt natura flaui, alia maculoſi alia & gilui, ſicuti alia platonis, alia ſocratis alia & alcibiadis, At uero uniuerſalis homo & uniuerſalis equus, non ita, ſed ſꝑ eodẽ mõ equus erit aĩal quadrupes hinnibile, Et hõ aĩal rõnabile mortale, Porro quũ cõſideraſſent uarias ac ꝓpe infinitas id genus animaliũ ſpẽs, Deuenerrũt in cõmunẽ oĩbus Cõmunitatẽ, Animal, Animal n. & hõ & equus, Itẽ ab hac ficu platano uite cæteriſq; arboribus, Deuenerũt, ad uniuerſalem ficũ platanũ uitem, quas adduxerũt in cõmune iis oĩbus genus plantam. Habebant ergo has duas Commumtates Animal & plantam, que qui norit, omnia que Continentur ab eis nouerit, Item & animal & plantam duxerunt ſub animãs, Animantes enim ſunt & plantæ, ſiquidem augentur nutriuntur ac ſibi ſimile gignut, quũ uero Animanti opponeretur id quod non eſſet Animans ut ſunt lapides ligna & eiuſmodi, quorũ pleraque poterãt nobis eſſe incognita, Deuenerunt a particularibus lapidibus ad uniuerſalem lapidem & a particularibus lignis ad uniuerſale lignũ, que adduxerũt ſub cõmune genus Non Animans, a quo ſinguli & lapides continerentur & ligna, Sicq; habuerunt & has alteras duas Communitates Animans & nõ animans que adduxerunt ſub corpus, Item a Dæmõibus Animabus & eiuſmodi q̃ corporibus uacãt, Deuenerũt in Cõmune genus ĩcorporeũ quod Corporeo oppoſitũ uidebatur, nãq; ut tripliciter illud dimetiri, & in partes ſecari poteſt, ſic neq; dimẽſurabile hoc, neq; ullas in partis diuiſibile, Itẽ quærentes qđ cõe eẽ poſſet corporeo & ĩcorporeo, ĩuenerũt ſubſtãtiã, quæ utrũq; ꝯpleteretur, Aeq;.n. ſubſtãtia ẽ corporeũ ut lapis lignũ & eiuſmõi atq; ĩcorporeũ ut ſũt aĩæ dæmões deus, Itẽ quũ intellexiſſẽt, ſub as rẽ quãq; ſubiectã ſignificare, eẽq; eis cõtraria, q̃ nõ ꝑ ſe, ſed in aliis ꝯſiſterẽt

ut eſt albedo nigredo,& eiuſmodi, Inuenerũt cõmune iis omnibus genus Accidens, ſub quo continerentur, Quecunq; igitur per ſe conſtiterint,ut hõ lignum lapis ,Subſtantiæ, que uero contra non niſi in aliis , ut albedo nigredo, Accidentia uocabuntur, Num ergo omnia que ſunt,ex ſola ipſa ſubſtantia comprehendentur? Itaque rerum omnium cognitionem a philoſopho haberi poſſe dicemus? minime, Erãt nanq; adhuc duo tria quattuor decem & uiginti, que adduxerunt ſub comune genus , numerum, Item aliud paruum aliud magnum,que adduxerunt ſub Continuum, quunque numerus & continuũ quantitates eſſent,utrunq;.n.ut docuimus q̃titas,Adduxerunt ea ſub uniuerſale quantum,

Sicque habuerunt generaliſſima duo,ſubſtantiam & quantitatem, Item erat quoddã album nigrum & id genus multa , que particulariter inſũt pluribus ut albedo in ceruſſa et niue & cygno,Nigredo in æthiope & coruo,Inuenerunt uniuerſalẽ albedinem & nigredinem , Quas ſub comune unum iis omnibus genus adduxerunt colorem. Item & dulce & amarum Calidum ac frigidum , que adduxerunt ſub comune omnibus genus quale,

Quale autẽ id eſt,ex quo qui id ſuſcipit denominatur,ut ab albedine albus & a grãmatica grãmaticus, Erat item dextrum & ſiniſtrum, Duplum dimidium,que adduxerunt ſub commune iis genus dictum Ad aliquid quod ſcilicet reſpectum haberet alterius ad alterũ ,

Erat item aliud,eſſe in ſcolis,in foro,in templo,que adduxerunt ſub Cõmune genus Vbi, quod loci eſſet ſignificatiuũ, Erat item heri hodie cras,que adduxerunt ſub quãdo, quod tpis ſignificatiuũ eſſet, Erat itẽ Recumbere ſtare ſedere,que adduxerunt ſub Poſitionem,quod ea corporum ſtatus omnis cõplecteretur, Erat item accingi armari annulum geſtare,que adduxerunt ſub habitum,quod is omnem comprehenderet ornatus cõpoſitionem, Erat item uerberare calefacere ac frigefacere , que adduxerunt ſub agere , Quod eſt circa aliquid uerſari, Erat item uerberari calefieri frigefieri , que adduxerunt ſub Pati, Quod eſt ab aliquo alterari, Itaque habuerũt hec decem genera, Subſtantiã, quantitatem ,qualitatem ,Ad aliquid ,ubi,quãdo, Poſitionem ſiue ſitum,Habitum,actionẽ ac Paſſionem ,ſub quibus quecunque eẽnt in humanis rebus continerẽtur, Dicta autem ſunt a philoſophis ,hoc eſt prædicamẽta, quod de iis que ſunt ſub ſe uniuerſaliter dicerẽtur, Scripſerat itaque Ariſtoteles libellum De prædicamẽtis,in quo mentionẽ fecit de his qnque uocibus,Genere,Specie,Differẽtia,Proprio atque Accidẽti, Quæ quũ incognitæ nobis iam eſſent longa deſuetudine, Et philoſophi et bõi uiri functus officium Porphyrius,ipſum hunc libellum compoſuit, Docens nos qd queque illarum uocũ ſignificaret,ut quom hec didicerimus,multo facilius ea aſſequi poſſimus,que ab Ariſtotele tradita ſũt De decẽ prædicamẽtis, Dictum eſt igitur quot modis philoſophia diffiniatur,Demõſtratũ ẽ in quot queue unaq̃ q; philoſophiæ pars diuidatur, Poſtremo & quõ ſub decẽ generaliſſimas cõitates oĩa adducta fuerit declaratũ, Nũc de iis dicẽdũ q̃ appellãtur, Ea uero ſunt Huiuſmodi,Propoſitum ſiue intẽtio, Vtilitas ,opus legitimum, Nomẽ autoris, Ordo librorũ,Titulus, Diuiſio p capita,Docẽdi modus,& Relatio, Cõſueuerũt aũt iterp̃tes ea in Enarrãdis philoſophorũ ſcriptis ſemp ꝓponere,nõ ut ipi quicq̃ addidiſſe uiderentur,aut aliquam aliam ob cauſam,ſed ſolũ promptiores ut rederẽtur qui legerent,quiue audirent, Siquis enim propoſitum ſiue ſcribentis intẽtionem ignorarit, Pigreſcet,medioque in curſu ſtabit,uelut iis accidit q eo proficiſcuntur quo neſciũt, Neq; uero id ſatis,q̃uis.n.ſcribentis intentionẽ quis nouerit,non tamẽ promptior efficietur ad opus aggrediendum,niſi & utilitatẽ quoq; perdidicerint,quare poſt intẽtionem & utilitas oſtẽdẽda,Ac neq; id quidem ſatis,niſi legitimum opus eẽ demonſtrabitur eius quẽ ſcimus ſapientiæ ſtudio fuiſſe clariſſimum , ueluti Ariſtotelis et Platonis a quibus nihil niſi quod utile,dictũ exiſtimamus, Sequitur mox queſtio de ordine,utrũ prius an poſterius colloce tur, quare & ordinẽ declarant,Præterea et Titulũ,quoniã ex eo potiſſimũ itẽtio dignoſci ſolet, Poſtremo Diuiſionem,modum præceptionis,& relationem,hoc eſt in quam partem philoſophiæ referatur iccirco ut ſciamus,ubi maxime uerſetur perficiaturque ſcribentis intẽtio. Sed age nos quoq; huius libelli dicamus. INtẽtio porphyrii eſt de quinque uocibus diſſere de genere ſpecie differẽtia proprio atq; accidenti,ſub quibus pticulariter oẽs ſignificatiuæ uoces continẽtur, Vtilis aũt liber eſt ad omnẽ phiam. Docet.n.nos quecũque ſupra ſpẽs adueniũt,Ex quibus ſuſcipe ſolemus demõſtratiões, Ex demõſtratiõibus aũt phiæ finẽ ꝯſeqmur, Vtilis igitur ad cõparãdũ phiæ finẽ, Legitimũ uero eẽ Porphyrii autoris opus patet,cũ ex ipſa elocutiõe, tũ ẽt ex eo qd ſœpius alibi,de iis q̃ in hoc libro tradita p̃cepta ſũt,mẽtionẽ fecit. Alloqtur ãt chryſaoriũ cui & alios mltos dedicaat libellos,ob hãc cauſã. Adoleſcẽs erat chryſaorius Porphyrio magro ob ætatis & ingẽii

decoré gratiſſimus, Rogauerat is Porphyriú, De Etna ut ſcriberet, íterim uero, quú for
te icidiſſet, in Ariſtotelis Prædicamenta, neque omnino incumbens profeciſſet quicquam,
ſignificauit id porphyrio, q tú illic i Sicilia erat, Rogitás ſiqd pollicitus fuerat, De Etna pſcri
ſiſſet, Ad ſe mitteret, ſin minus, daret operá quo eú ipm Ariſtotelis librú pcipere poſſet, cui
Porphyrius nil qcq grauatus, ꝯtinuo húc libellú ꝯſcripſit, Ex pricipe Platóe iidé ſei uerbis
omnia colligés, Ex quibus rebus manifeſtiſſime cóſtat, Viuo patre legitimú natú, ſuumq;
heredé hunc a Porphyrio iure fuiſſe inſtitutú, nihilq; prohibere, quin teſtamento patriam
ſponte adire poſſit heriditaté, ut uerbis utar iuriſcóſultorú, Ordine uero hic liber primus,
itroducit ſiqdé nos ad Ariſtotelis pdicamta, Predicaméta de ſimplicibus ſút rerú uocibus,
Simplices autem de quibus hic agitur uoces rationalis ſút philoſophiæ principia, Primus
igitur, meritoq; cæteris i phia libris pponédus, Titulus át iſcribitur [illegible], INTRODVCT
IO iccirco qa tanq̃ aditus eſt, & uia ad omné Phiam, Addubitarent hic fortaſſe nónulli
Cur ídetermiate iſcriptus ſit liber, Introductio, icertú.n.grámaticæ ne ſit An Rehtorices, re/
ponſú iis ſit, ſolere nos ſp Excelletiſſimá q̃q; ré idefinite, pnúciaſ, atq; uti nos quom Home/
erú aut Demoſthené ſignificare uolumus, Poetá dicimus & Oratorem Per excellentiá, ita
nihil, phibuit uolenté philoſophiá ſignificare eo mó dixiſſe, Præterea itroductio ois ex con
feſſo uel artis uel ſciétiæ é itroductio, Sed quú philoſophia ſit Artiú ars, & ſciétiarú ſciá, quo
mó ſatis digne poterat, q nos ad illá itroducturus erat p que eá ad cæteras ois artes & ſcias ſi
uera eius diffó, unius tátú artis itroductióe libri Titulú iſcripſiſſet? Diuiditur aút i tris ptes, in
pria diſputat De ipſis qnq; uocibus, In ſcda eas cóplicat, In tertia docet, quá habeant interſe
ſimiltudinem ac Diſſimilitudinem, Docendi modum quo utatur, facilem & qui ad Eru
diendos pertineat adoleſentulos fore promittit, ipſo ſtatim Proæmio, Quom dicit, Se ab
altioribus queſtionibus uelle abſtinere, & ſimpliciora ꝯſectari. REFERTVR poſtremo
hic liber ut nobis placet, qui omné philoſophiá diſtinguimus in Rónalé, Moralé, Naturalé
Mathematicá, & Diuiná, Ad eá Rónalis pté, Quá differédi róné Cicero, nónulli diſputa/
tricem dixere, Cuius duæ ſpecies λογικη que eſt inſpectionis & διαλεκτικη que actio
nis, Ars artium & ſciá ſciarú ab Ariſtotele, a diuio aút platone ſæpius theologiæ uocabulo
nunc upata, Vt Amonio, ſub rationale organum. Organú enim logicam appellat, q̃ſi inſtru
métum philoſophiæ, Docet enim inquit que ad Principia demonſtratióis conducunt,
Introducitque nos Ad Ariſtotelis predicamenta que ad logicam ſpectant, logica autem,
non pars é philoſophiæ. Sed organum ut alibi demonſtrabimus,

QVVM SIT NECESSARIVM CHRYSAORI. Quecúq; in húanis rebus
ſút, oia ſuapte natura bonú expetunt, Oés uel ſpecie ipa boni afficimur, bói cu
piditate icenſi ſumus oés, ad id qd bonú é trahimur Rapimurq; omnes, rerú
nanq; omniú & origo & perfectio bonú, Malum uero qui appetat nemo, Si
quis tamen appetiuerit, idipſum expetet tanq̃ bonum, Quare qñcunq; uolue
rimus quempiam ad aliquid cohortari, ex illa ipſa re bonú futurum eé oſtendemus, quod
& porphyrius núc facit, Nam quú uellet chryſaoriú ad huius libri lectioné attéctum facere,
futurum ex eo bonú oſtendit, Sed quoniá duplex bonum, Alterú pp ſe, ut uirtus ſanitas
Alterum ppter aliud ut Diuiciæ, phlebotomia, Neceſſariú hoc loco nó dicetur potiſſimú
pp ſe bonú, ſed pp aliud maius, quéadmodú quú dicimus, ſi ſáus fieri cupis, neceſſariú é tibi
uená laxari, Refertur náq; ad pdicamta, ſed breuius, Vel neceſſariú dixit húc libellú reſpectu
maioris bói utilé, uł certe pp ſe neceſſariú, quú ſine ipſo q̃ i phia tradita ſút, pcipi minie poſſit
Intelligédú át neceſſariú a philoſophis duobus modis accipi, Neceſſariú qd utile, Vtile át é d
ppter alid ſumitur, uerbigratia lauari, ueſtibus ſuccigi, & neceſſariú qd ecótrario oppóitur ut
aiút poſſibili, uerbi cauſa q̃do Subiectú abſq; eo eé ñ poteſt hoc mó, Neceſſe é q̃cúq; pľmoné
habét aialia reſpirare, ſi uolumus ut uiuát, neceſſaria igitur eſt reſpiratio, ná ſine ea, q̃ pulmo
nem habent animalia uiuere nullo modo poſſút, Dicetur itaq; neceſſarius hic liber aut ex
priori aut ex poſteriori ſignificatóe, atq; ex poſteriori quidé, minie, Anteq̃ eni porphyrius
Cómétus hác ré fuiſſet, haud ſáe ignorabatur, Philoſophorú ſcripta quid ſignificarét, Igitur
ex priori, qd illorú facilimá nobis cognitioné efficiát, núq̃ ergo ex poſteriori ſignificatone
dicetur neceſſarius liber, qm̃ illa ſine hoc ꝯſtare ñ poſſet, ſed ex priori qm̃ ſine hoc illa haud
ſatis unq̃ recte itelligerétur, illd uero Neceſſariú ñ in ſcripto ſed i ipa rerú ꝯtéplatióe itelligé
dú, neq;.n.dixit ſic, quú neceſſaria ſit huius libri Cófectio, ſed ſic, quú neceſſaria ſit & ad præ
dicamentorum traditam ab ariſtotele doctrinam cognitio generis, ſpeciei differétiæ pro
prii, & accidentis, Hec itaque libri huius utilitas eſt, quod que diſperſim ab aliis olim di
cta fuerát hic collectim habentur, ac faciliorem nobis conciſiorenque, illorum intelli/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gentiam præſtat, Quare non ſibi inuentionem hanc Porphyrius uendicauit, Sed que
ab antiquioribus dicta ſūt inquit, adducere tētabo Aiaduertēdū aūt i proœmio hec decla
ri, libri argumentū, Vtilitatē, & præceptionis genus Argumentū quū de ipis quinq; uo
cibus ſe dicturū neceſſario exiſtimat, Vtilitatē, Quom dicit utilē eē nō modo ad Ariſto
telis prædicamenta, uerū ēt ad omēm philoſophiā, Præceptiōis gn̄e ſe uſurū oſtēdit eo,
Quod maxie cōueniat iis qui nūc primū erudiuntur, Neq; .n. plura adducit q̄ ptineat ad
introductionem, neq; ſcribendo longius ſe extendit, neq; obſcuro utitur dicendi ſtilo, qui
bus plerunq; deturbari a ſtudio ſolent adoleſcētuli, Cōiūctio aūt illa, Et, ſignificat nobis
non ſolum ad Prædicamētorum doctrinā ꝯferre hūc libellum, uerū etiam ut diximus ad
omēm philoſophiā, Rurſus aliter, Et ad prædicamētorum que tradita eſt ab Ariſtotele
doctrinam inquiens, nō ſolum ſignificauit ꝯferre hūc librum ad eā doctrinā p̄dicamētorū
que tradita ē ab Ariſtotele, Sed ad Prædicamenta etiam cæterorum, qui de iis pſcripſerūt
ut Architæ tarenteni, Theophraſti atq; aliorum, Plærique enim Ariſtotelis diſcipuli, ad p̄
ceptoris æmulationem conſcripſere, De prædicamentis, de interprætatione, & de reſolu
tiuis Syllogiſmis, Addubitarent autem fortaſſe nonnulli, in hoc ipſo Statim princi
pio, οντος αν α.καιν, Mouerentq; infirmam ſane atq; incōſequentem queſtionem
alioqui pulcherrimam & relatu digniſſimam, Hoc modo, Sed heu quanta Frater pa
trii ſermonis anguſtia & egeſtate laboramus, υπαρχειν atq; εν εχ μιν Quo modo no
ſtra lingua dici poſſint, nō dum equidem inuenio, Dicunt tamen contingens, & poſſibile
Sed illud latine mihi ut uidetur parum, Hoc & ſi conſuetudine receptum ſit, eſt
Quid nā igi fiet? Iſtorū uocabulis utamur, donec nr̄a adiuenerimus, Quod ē, iquit Ens aut
neceſſarium eſt, aut Poſſibile aut cōtingens, Neceſſariū ē, qd ex neceſſitate eodē modo ſē
per habebit, Veluti hoc, Dum ſol eſt ſupra terram, dies eſt, Poſſibile aūt, quod duas in
ter ſe cōtrarias res admittet, ut ſcire ac neſcire, nunq̄ .n. alterutrū ſi ſit, erit et alterum, Acci
det qdā nūquā, quod in Theeteto ait Socrates, ut quod quiſq; ſcit, idem ſemel neſciat, aut
quod neſciat ſciat, tn̄ potentia id ita eē conſiderabitur, Contigens uero ē quod i actionē
dirigitur, poteritq; ita euenire, ut Cæſarē hodie creari Pontificem, Illud itaq; EST quod
p̄poni eis ſolet quom dicimus, Eſt neceſſarium, Eſt poſſibile, Eſt contingens, nō erit iiſdē
coæquale, ſiquidē ex eorū cōmutatione nihil quod extare idē poſſit ꝯſeqtur, Quēadmo
dū ex Proprio & termino, q̄ inuicē & ſuppoſita & Prædicata eē poſſūt, Suppoſitū aūt ſiue
ut uulgo aiunt ſubiectū, q̄q̄ utrūq; υποκειμ Malim tamē i oratione ſuppoſitū, In rebus
uero ſubiectū, nuſq̄ .n. ſpernenda uerborum ꝓprietas, id eſt de quo fit ſermo, cui græce arti
culus præponitur ut homo, Prædicatū uero ē in quo ſubſtātiuū uerbū aut actu aut potētia
ꝯtinetur, Oia eni p̄dicata quū aut noia ſint aut uerba, Noibus quidē continebitur actu
ſic, animal eſt, uerbis uero potentia ſic, loqtur, diſputat, Nō eni quo mō dicimus homo ē
riſibilis, & riſibile ē homo, ita dicemus ens ē neceſſariū, & neceſſariū ē ens, nihil eni idem ex
comutatōe ꝯſequitur, quicquid eni neceſſariū, Admittibile & exiſtens, illud idē eſt & ens, ſed
nō ſi quid ens ē, idē prorſus erit neceſſarium, admittibile, et cōtingens, Quin ſi illorum ali
quod fuerit, ſcilicet potens, nō erūt & reliqua, .ſ. neceſſariū atq; inexiſtens, Si igitur inæ
quale ens, admittibili, neceſſario & Exiſtēti, Nec ſuppoſitū, quod nō idē ex cōmutationē cō
ſequatur, Erit certe pluris, Cur itaq; Porphyrius, quū & ipe in omni prædicato iubeat
debere ineſſe uel maius uel æquale q̄ i ſuppoſito ac nuuq̄ quid minus, Neceſſariū qd mi
nus ē, de eo quod pluris ē fecit eē prædicatum? Sic, ο τος α αρκαιου FAtebimur qdem id
ita eē de maiori quod eſt minus prædicari non oportere, Ens uero pluris eſſe q̄ neceſſari
um, minime, Proprie enim ea dicuntur pluris eſſe nomina, que de pluribus prædicantur,
in multiſq; inexiſtunt, Ac per ſe intellecta propriam i ſe Exiſtentiā habent, ut amimal,
quod & de homine & equo & Cane p̄dicatur, Inexiſtens cunctis, propriamq; per ſe intel
lectum, i ſe exiſtētiā hēt. Dicitur eni ex diffinitōe Anial Subſtātia, Animās ſenſibilis, Præ
terea q̄cū q; i ſe ſe nō inexiſtūt, Sed Cōem pluribus appellationē habent ut Canis, Gallus,
Alexāder, Aiax, & eiuſmodi, nūq̄ dicētur, pluris eē, qa æquocæ ſūt uoces, non res, Oporte
bit .n. ipſū p ſe prius exiſtere, q̄ altero q̄d pluris eē dicatur ens uero quū i ſe n̄ exiſtat, ſitq; uox
dūtaxat cōis neceſſario, ei quod p̄t eē, & cōtingenti, nūq̄ dicetur pluris eē, Præterea ſi plu
ris id eē dicāt, tanq̄ genus, pfecto n̄ negabūt, Sed genus eodē ēt tpe diuiſū ꝯtinet in ſe ſpēs,
licet nihil oio p̄ceſſerit, aut ſubſeq̄tur, Neceſſe igitur erit, eos ꝯfiteri, uno eodē tpe, Neceſ
ſariū eē, & poſſibile & cōtigēs, Quo nihil abſurdius. Neceſſariū qdā ſēp ē neceſſariū, potēs
autē eſſe, ſiue admitibile, & cōtingens, n̄ ſēp ſed aliq̄do Quare ſi ens gēus n̄ erit, n̄ erit ēt &
pluris, qcq̄d eni natura ipſa definitum eſt, Particularibus ſi adſit, nullo mō poteſt eſſe genus

Præterea omnia aut determinate aut indeterminate ꝑferūtur determinationes autem quattuor, omnis & quidam affirmatiuæ, nō omnis & nullus negatiuæ, Dictæ iccirco quoniam ex iis determinatur quod dicimus ſiue uniuerſaliter ſiue particulariter, Si eni dicamus ſic. omnes homines lucrum appetunt, id eſt uniuerſale, Sin uero ſic. quidam ſummū bonum uirtutem propter ſe expetendā eſſe uoluerunt, Particulare. Demonſtratum autem ab oībus fere philoſophis eſt, Particulare indeterminatū idē ualere ac particulare determinatū, ut quidam homo uenit idem ſit atq; hoc, Homo uenit, Quod ſi ita eſt. Porphyrius indeterminate quū dixiſſet neq; præpoſuiſſet uniuerſalem determinationē, Suſcepit illud ,Particulariter ac ſi diceret quoddā Ens eſt Neceſſarium, Quod quidē, ut ipi cōfitentur æqualet neceſſario, Et quidē Si æquiuocū Ens tenuis uox nō fuiſſet habuiſſetq; i ſe ſubſiſtentiā ut Animal, Rectiſſime de eo poterat neceſſariū indeterminate ꝑdicari, præterea quādocūq; uolumus rē aliquā ſignificare, ꝑ rectum caſum, ſignificare ſolemus. ſic. Homo equus, Quando autem rei ipſius partem aliquam, aut quod Circa rem eſt, Per Genitiuum, Si enim dixero Socratis, Certe uel membrum eius aliquod ſignificari uolo, ut manus caput, Vel e.. rū que Circumſtant aliquod, ut librū domum & eiuſmodi. Si itaque dixiſſet porphyrius per Rectum caſum Sic

Rē plane ipſam ſignificaſſet, Sed quū dixerit per Genitiuum, Certe uel partem rei, uel aliquid eorū q̄ rē circūſtāt ſignificauit, Cuilibet aūt parti eorum que Circa rem ſunt æquiualet neceſſariū. uerbi cā. homo idem atq; aliquod aīal, & manus idem atq; aliquod membrum in homine, Quāuis ergo propriā quis dixerit Ens ſubſiſtētiam habere, nō tamen redarguendus iccirco Porphyrius quod fecerit de Ente Neceſſariū tanq̄ de æquali æquale prædicari, Demonſtrabimus adhuc alia ratione, Ens neq; ſupradictorum Neceſſarii poſſibilis & cōtingētis, Neq; ſubſtātiæ accidentis ac reliquorū ꝑdicamentorum, poſſe eē Genus hoc modo. In quibus aliquid prius eſt ac poſterius, quod cōmuniter de iis prædicatur nō eſt Genus, Genus enī ſpērū eſt genus. Spēſq; ipæ eodē tēpore per ſe ſubſiſtūt, accn̄s uero poſterius eſt ſubſtātia, qm̄ in ea exiſtit, Poſterius & eo quod poteſt eſſe ꝯtingens, qm̄ in eo hēt exiſtētiā, De iis igitur Ens ut Genus nō ꝑdicabitur, uniuoce, Sed æquiuoce, Appareat ſane inqt aliquis in iis prius eē ac poſterius, unde nā id manifeſtū erit, Æxiſtere in ſubſtātia accidens & in eo quod ꝑt eē contingens: nō inexiſtent, Dimotis nanq; ſubſtātia & poſſibili, dimouebuntur & cū Accidenti cōtingēs, Sed ſemotis ab Ente in qbus nō ſubſiſtit ſpēbus, ſubſtātia & poſſibili, nō ſemouebūtur & reliquæ, nō.n. corrupta ſpē canis aut equi, Corrūpentur & cæteræ hominis equi bouis cameli & id genus, aliorū, O Vanam ſubtilitatem, quattuor iā horas ꝑdidimus iterꝑtādis iſtis nugis, prætermittēdus qdē fuerat locus, ab omni latinitate alieniſſimus, Sed ꝑderit fortaſſis & mihi i re difficilima exercuiſſe dictaturā, & tibi didiciſſe ieptias nr̄orū ſophiſtarū. qui iſtius modi queſtiunculis interturbant omnia, Nā q̄ obſecro dementia, putare Philoſophū qui a principe Platone nō tā rerū cognitiōem q̄ eloquētiā edoctus fuerit, q̄ nec phreneticus quidē ſomniaſſet unq̄

feciſſe ſuppoſitū, uero ꝑdicatū, Sed ualeant i ſui nō entis tenebras Sophiſtæ, nos quod parum reliqui ē, abſoluamus, Demonſtrata inquit eſt alienæ queſtionis abſurditas ac ſolutionis nr̄æ concinitas, Verum enim uero adhuc principium rurſus damnātes dicerēt ſic. Si ens æquiuocū, æquiuocū aūt idefinitū, Ens igitur idefinitū, Ac nō oportet principiū ab indefinito fieri, Male igitur, Reſpondebimus ens nō dici debere æquiuocū, Sed ab uno aliquo, Velut a medicina, Medicinæ dicimus librū, & medicinæ potionē, Quid aūt ſit æquiuocū, quid uniuocū, quid ab uno aliquo aliquid eē, in prædicamētis dicemus, Quā uero ob cauſā Ens præpoſuerit neceſſario, Tribus factū ē cāis, pria ut quod uniuerſalius eſt præponeret, ſecunda propter Elocutionis elegantiā, ſi enim dixiſſet

non ſic ſonora fuiſſet locutio, ob hiulcæ orationis uicium quod

uocatur, Id autem fit, Quom frequens eſt uocalium Concurſus, ut Arma amens capio, Nā & hexametri exordio cepit, Quēadmodū & apud nos T. L. Facturus ne operepcium, Poſtremo ut a Generaliſſimis principium ſumeretur, ab iis enī ſemper inchoandum. Querent præterea cur non dixerit Bonum aut Vtile, Sed neceſſarium. Dicemus, quia hec duo bonum & utile adherent ſibi inuicem, Continenturq;. a neceſſatio, bonum enim id eſt, quod ꝑꝑ ſe ipſum expetitur ut felicitas uirtus, Vtile uero quod ꝑꝑ aliud, ut diuitiæ, qdque ſi adſit, n̄ penitus ſaluā rē faciet, Si abfuerit n̄ corrūpet, ueluti hec toga, Neceſſariū aūt duplex, Vel quod ꝑꝑ ſe ipm̄ expetitur, nihilq; differet a bono ut ſanitas. Vel quod expetitur ꝑꝑ aliud, nihilq; differet ab utili, ut uenæ laxatio. & potio medicīæ. Sicuti quō dicimus, Neceſſaria ē hoībus ſanitas. Et ſi ſanus fieri cupis neceſſariū ē tibi cordis uenā

pertundi & medicinā hācpotare, Dicitur autem Neceſſariū ſex modis. Neceſſariū ut materia æris ad informandā ſtatuā, Neceſſariū ut Rōnale in hominibus. Neceſſariū quod ꝓpter ſe fugiendum, ꝑ alterū uero expetendum, ut uenam incidere. Neceſſariū quod ꝑ ſe eſt expetēdū ut ſanitas uirtus, Neceſſariū quod ꝑ ſe neq; expetendū neq; fugiendum ut ſunt quedam pharmaca. Neceſſarium poſtremo quod propter ſe & propter aliud eſt expetendum, Veluti eſt hic liber,

## Quū ſit neceſſarium chryſaori & ad eam quæ tradita eſt ab Ariſtotele prædicamentorum doctrinam: intelligere quid ſit genus; quid differentia: quid ſpecies. Proprium. atq; accidens.

Ariſtoteles in predicamentis de generaliſſimis decem uocibus quū pertractaret, Seperauit eas a differentiis & propriis, atque harum quinque uocum ab eo illic mentio habita Intelligere igitur quid ſit genus differentia ſpecies proprium atque accidens, ad faciliorem illarum intelligentiam neceſſarium. Vtitur autem porphyrius Et Coniunctione quoniam non ſolum ad Ariſtotelis pradicaméta cōfert, ſed ad ea que ipſe inferius narrat, q̄q̄ nō nulli interꝑtentur, Dixiſſe & ad Ariſtotelis prædicaméta, & ad prædicaméta Architæ utilem harum quinq; uocū cognitionem, ſed iſta dicere mihi eſt abſurdum, Quare aūt præpoſuerit genus Differentiæ ac differentiæ ſpeciem Suo loco demonſtrabimus. Nūc uniuerſaliter de omnibus pauca dicamus, De genere, differētia ſpē ꝓprio & Accidēti. Non enī ab re quiſpiā rogaret, Cur in eum ordinem ſic redegerit has uoces Porphyrius? neq; enim uideri ullo mō debet, temere id factum. Huius nos rei cauſam, paulo altius ab initio repetamus. Intelligēdū ī omnibus rebus quedā eē uniuerſalia q̄dā particularia. Quū uero corrūpi & quaſi aboleri particularia neceſſe eſſet. Excogitauit natura generalius quoddam quod oīa cōplecteretur, genus & quod unius cuiuſque rei formā Conſeruaret ſpēm. Sed quo res plāius ītelligatur, Ordīe oīa exponemus, atque unūquodque tanq̄ ī Exemplo demonſtrabimus. Socratem, Platonem ac Cæteros particularis homines ſimiliter & Flauū, Maculoſum, hūc equū & illum uocarunt philoſophi particularia ſiue idiuidua, Porro que Particularia ipſa compħēderēt, ut uniuerſalis Homo & uniuerſalis equus, uocarūt ſpecies. Que rurſus ſpēs, appellauerunt genera. ueluti Animal, quod cōtinet uniuerſalem & hominē & equū. Que uero media eēnt, inter, Spēs & genera, dixerunt Drīas. ut Rationale & irrationale, quod alterū differre faceret ab altero. Ratiōale enī id dicitur, quod mētis iudicio ducitur ac rōe ut hō & dæmō, Irratiōale uero quod iudicio ac rōnis ē expers. ut equus bos & ſiſia. Erūtq; Particularib. uniuerſaliores ſpēs. ſpēbus Drīæ Drīis genera, Animal. n. diuiſū ꝯtīebit. Rōnale & irratiōale. Rōnale ꝯplectetur hominē et dæmo[illegible]. Homo Socratē & Platonē, Præterea id quod alicui ſpēi uidebatur ſēp hærere ut homini Riſibile, et equo hinnibile, Placuit ut dicereretur Proprium, quod proprietatē ſuā, intra unā dūtaxat ſpēm ꝯtineret, Id uero quod Abſq; ullo detrimento uidebatur poſſe ab eo cui acciderat demoueri, ut album nigrum Stare, & ſedere, Accidēs nuncupatum, hec uero nomina non ut Grammatici Vocabula, aut Iuriſconſulti et oratores Verba, Sed Generalius uoces appellauere, Quarum aliæ quidem Subſtantiuæ aliæ uero Adiectiuæ, hoc eſt Aliæ Subſtantiæ Cohærent, aliæ inducuntur, Cohærent Subſtātiæ genus Differentia et ſpecies, Inducuntur Proprium et Accidens. Vnde non imerito dicta a nr̄is Subſtantialia, Quoniam ex iis ſua cuiuſq; animalis ſubſtantia ſignificatur, ac eorum unū quodq; fit particeps: Exēpli cauſa, Socrates Qua hō particeps erit Spēi. Qua rationabilis eſt, differentiæ. Qua animal generis. Et Cōtra Alexandri Bucephalus qua aīal generis. Qua irrationabilis drīæ, Qua uero equus Speciei, Reliqua uero ꝓpriūatq; accidēs ſup ſubſtātialia ſiue inhærentia, Quoniā in ſubiectæ ſubæ ratiōnē non tranſferuntur. Propriū tamen proxmius. Accidēs Remotius, illud enī ſēper in aliquo īexiſtet, hoc uero inibi erit, inibi nō. Vocataq; ēt ſūt Seperabilia, quod ſeperari a ſubſtātia poſſint ꝑ cogitationē abſq; ullo ut diximus detrimēto. Oporteret. n. aliter nigros, nō eē homines, ac ſiquis ridēdi poteſtatē abiecerit, ab humanis actiōibus oīno tāquā ſibi ipſi imortuū uacare, Quo nihil abſurdius, En igitur Quo ꝓceſſit ordine Porphyrius, præpoſuit ea que Cohærent, iis que īducuntur, Rurſus ex iis que cohærēt, Prīo loco ſtatuit genus medio collocauit differētiā, Poſtremo ſpeciē, genus enī [illegible]ſius drīa. Drīe uero Spē, Ex iis itē q̄ īducūtur. Proximius Subæ ꝓpriū, Accidenti præpoſuit

Predicabilia quomodo conſiderauerit philoſophi

Remotiori. Sed ꝑcontabitur hoc loco aliquis, Si generi & ſpeciei oppõitur Accidẽs Cur ergo in genera & ſpecies diuiſum: Dicemus, aliud eſſe quom res per ſe inteligũtur Aliud quom Reſpectu ad alterum. Quando enim per id ſolum quo res eſt, rem intelligimus dicemus uel eſſe Subſtantiam uel quantitatem uel eiuſmodi, At uero quando reſpiciemus ad predicamenta poſt ſubſtantiam. nõ ut per ſe exiſtãt, ſed ut illius egeant ad ſubſiſtentiã, Accidentia nuncupabimus, item, In omni predicamento, eſt ſi longius proſpiciatur, & uniuerſale magis, & ꝑticulare minus, Et quo minus ꝑticularia differũt a magis uniuerſalibus. hec que uocamus genus ſpeciem & differẽtiam, ut demonſtrauimus, idem igitur alio atque alio mõ cõſideratum poterit eſſe & ſubſtantia & accidẽs, Poterit & diuidi, in genera in ſpecies & in dñas ſecundũ aliam atque aliam Prædicamentorum rationem.

**Quũq; ad diffinitionum traditionem. & omnino ad ea quæ ad diuiſionem & demonſtrationem pertinent. Vtilis horum ſit contemplatio.**

Intelligẽdũ hoc loco Aliã Ariſtotelis, Aliã Platõis eſſe dialecticã, Ariſtoteles enĩ Probabiles opiniões quque modis ſectatur, Quẽadmodũ in topicis diſſeruit, Plato autẽ quatuor Per diuiſionẽ, Diffinitionẽ, Demõſtrationẽ & Reſolutionẽ, Neceſſaria igitur Harũ quinque uocũ cognitio ad Ariſtotelis ꝑ̃dicamẽta, & utilis ad dialecticã Platõis, imo ad oẽm philoſophiã Rõnalẽ, Cuius quattuor dũtaxat ſunt partes, Diuiſiua, Diffinitiua, Demõſtratiua, & reſolutiua, Huius uero loci ſenſus latenter ſic intelligendus, ac ſi diceret Porphyrius,

*Senſus porphyrij*

Hunc libellum non modo ad aliorum philoſophorum ſcripta conferre, Verũ & ſi nulla prorſus extarent ſcripta, Certe ad nouam quãdam rerũ omniũ inueniendarũ rõnem, utilem futurũ. Sed ſuo ordine unũquodq; breuiter exponamus. DIVISIVAE partis proprium eſt, Propoſitum genus recte in proprias differẽtias diuidere ſic. Animal Rõnale & irrationale, Mortale & imortale, Non autẽ ſic. Animal eſt aliud homo, aliud equus, aliud hoc & illud, Similes enim ſunt qui ita dicunt, ut ait Plato, coquis, male ſecãtibus fruſtra obſoniorũ, hoc eſt imperitis rudibuſq; hominibus. Diffinitiuæ autẽ propriũ eſt unicuiq; rei quod ſuum eſt aſſignare, Præcedit autem diuiſiua, Quoniam natura prior eſt & q̃ maxie conficit diffinitiuã, Diffinitiones enim oẽs ex genere fiunt & cõſtitutiuis differẽtiis, Verbi gratia, Hominem quis diffinire uolens, Ex generis diuiſione excerpet que pertinebũt ad diffinitionẽ hoc modo, Animal diuiſum eſt in Rõnabile & irrationabile, Mortale & imortale, Dicetur igitur hõ, aĩal rõnabile mortale, Demõſtratiuæ propriũ eſt ex ꝑpria ſubſtantia rem oſtendere, non ueluti ſolent oratores auctoritate perſonarum & teſtium extimatione, Sed ut Plato qui quũ uellet in phædro demõſtrare imortalem eſſe Animam, Alcmæonis tñ Poetæ ſententiã ſecutus, ut Ariſtoteles docet. Ex eius ipſius ſubſtantia ſic rõcinatus eſt, Anima ex ſe mouetur, Quod ipſum ex ſe mouetur, mouetur ſemp, Quod mouetur ſemper imortale, Anima igitur mortalis, Hec eſt uera demonſtratio, Sic ſunt res diffiniendæ, Hoc ſit & noſtrarũ demõſtrationum perpetuo nobis exẽplum, Veræ quidem demonſtrationes fiunt ex diffinitionibus. At qui diffinitiones rei naturam oſtendũt, Demõſtrationes igitur ex ipſa rerum natura eſſe debebunt, non ex iis que extrinſecus haud neceſſario conſecũtur, Iure igitur & tertium ordinem ſibi uendicauit demõſtratiua, hec ſi quidem diffinitiuæ auxilio eget, illa diuiſiuæ, Reſolutiuæ autem proprium eſt, Cõpoſita reſoluere in ſimpliciſſimas ex quibus couſtãt, partium rationes, Verbi gratia, Apud grãmaticos. Oratio in dictiones, Dictiones in ſyliabas, Syllabæ in litteras & Elemẽta, Apud philoſophos uero eos qui rerũ naturã idagãtur. Homo in caput manus pedes carnem oſſa neruos. Hec rurſus in quattuor elementa. Elementa uero in materia & formã. Item & apud Logicos, Syllogiſmi in Enunciationes quæ & propoſitiones dicuntur, Enũciationes in terminos quẽadmodũ in Analyticis docet Ariſtoteles. Iure ergo Prima omnium diuiſiua, Secunda Diffinitiua, Tertia Demõſtratiua, Quarta Reſolutiua. Facta autem mentio illarum dũtaxat trium, quia ad illas potiſſimũ utilis hic liber, Demõſtratio enim omnis, fit ex diffinitionibus. Diffinitiones ex diuiſionibus, Diuiſiones uero fiũt ex generibus in ſpecies diductis per proprias differẽtias, De quibus in eo diſſeritur, Item quia tres illæ ſunt inter ſe adalligatæ, nec ſeiungi pñt. Diffinitiua eget Diuiſiuæ. Demõſtratiua utriuſq;, Reſolutiua uero nullius. Eſtq; cõtraria Diuiſiuæ. Soluit enim illa unũ in plura, ut diximus, Hominẽ in membra, Membra in humores, Humores in elementa, Elemẽta in materiã & formam. Hec uero ex pluribus deſinit in uno Sic Animalium aliud bipes, aliud quadrupes, Bipedum aliud ſenſu ſolo agitur, Aliud & Ratioue. Quod rõne

*Diuiſiua ars*

*Diffinitiua*

*Demonſtratiua*

*Unde demonſtrationes*

*Reſolutiua*

*Quid a diuiſiua differt reſolutiua*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

agitur, Homo. Itē quia qui diuidit progreditur a ſimplicioribus ad cōpoſita qui uero reſoluit a ꝯpoſitis ad ſīpliciora, Itē qa ꝗ reſoluit ꝯtrarius ei ꝗ diffinit, ille.n. demolitor ē īſte hic fabricator, Itē qa ſi cōtraria diuiſiōi reſolutio, ē & diffōni, ſiqdem ut dictū eſt diffō ſine diuiſione fieri non poteſt. Quin etiam & demonſtrationi que non niſi ex Diuiſione & Diffinitione Conſtabit, QVOD autem reſolutiuam prætermiſerit, nihil idquidem refert, Nanque ueluti decliue idem eſt atq; accliue, nec differūt niſi ſolo habitu, ita et reſolutio eadem ac Compoſitio, tantum habitu differentes, Qū enim a primis principiis aſcēditur ad ſuprema, ideſt compoſitio, Quando uero a Supremis deſcenditur ad prima id eſt reſolutio. Item compoſitio ex ſimplicibus terminatur in re ipſa cōpoſita, Reſolutio ex cōpoſitis in re Simplici, Componimus enim res ſimplices. Reſoluimus compoſitas, nam quis in re tenui ſoluenda Labor? Et quom cōpoſitum aliquod Reſolui mus, in plura id certe reſoluemus. Falſū num igitur illud eſt, Qui Compoſitum reſoluit, i unum Simplex reſoluere? Nequaꝗ, at proxime accedit magis ad ueritatem, Dicemus tamen reſolui compoſitum in plura Continua, & quod ultimū erit, reſolui in unum, Sed Sciendum Simplex in plura cōponi, non autem amplius reſolui, Vltimum uero cōpoſitum reſolui in continua plura, nō aūt amplius in ſupremū unū componi. Quod uero diffinitionem que poſterior eſt, præpoſuerit diuiſioni, nequid dubites, Dicemus, Primū quidē nihil prohibere Quin in Subiecto Que libuerit ordinare nr̄o arbitrio poſſimus, Deinde Qua ad nos Prius eſſe cōpoſita ex diffinitione cognoſci, atq; iccirco non irrationabiliter, Diffinitionem diuiſioni Præpoſitam, Reſolutionē autem ut diximus ideo fortaſſe præter miſit, quod eadem uidebatur ac compoſitio, ratione Subiecti, ratione uero habitus, minor. HORVM CONTEMPLATIO .i. cognitio. Solent enim cognitionē ipſam philoſophi uocare contēplationem,

Cur Porphyrius reſolutiuam prætermiſerit

Pulchra ... componere & reſoluere.

**Cōpendioſam tibi traditionem cōficiens, breuiter in introductionis modum que ab antiquioribus tradita ſunt adducere tentabo,**

Eſt nāque & alia cōpendioſa traditio que gratia Cōmemorationis fieri ſolet per capita rerum, eaq; uehementer eſt & Conciſa & breuis, atq; iccirco dixit in Introductionis modū,

**Ab altioribus quidem queſtionibus abſtinens,**

Tria ſunt que pigriores efficiunt, ac deterrent adoleſcentulos a ſcriptis aliorū, Prolixitas operis, Qualis olim in Chryſipdo Obſcuritas orationis circa uerborū interprætationē, Qualis in Heraclito qui ob id κοτιοσ ut Cicero refert cognominatus & in Lycophrone, Ac profunditas ſentētiarū, Qualis in Timæo & Parmenide Platonis, A quibus oībus quaſi alliciens ad ſe Auditorē Porphyrius, Libellum hunc ſuū Longe abeſſe oſtendit Non fore prolixiorem ſignificat, Quō dicit breuiter, Dictionis obſcuritatē nō habiturū, Quō dicit in introductionis modum, Quom autem dicit,

**Ab altioribus quidem abſtinens queſtionibus.**

Declarat eum prorſus cariturum profunditate Sententiarū, Item quo dicit Simpliciora oſtendit facilitatē. Quom dicit mediocriter cōiectans, docet dictionis breuitatē ac modū,

**Simpliciora uero mediocriter coniectans,**

Nō ad rem ipſam rettulit, Phōrum enim eſt omnia per certam ſcientiam, ac non per coniecturas demōſtrare, Sed ad Chryſaorium, ac ſi diceret perſequens Chryſaori ea que maxime uidebuntur ad te Inſtituendum pertinere, Nam ut dixi Quod docēt philoſophi, non per Coniecturas docent. Sed per ueras demonſtrationes,

**Mox De generibuſq; & ſpeciebus,**

Pollicitus fuerat Compendioſā Porphyrius ſe facturum diſciplinam, Aperta dictione uſurum, Et profundiores Queſtiones poſthabiturum, Nequis autem diceret, non eſſe profundam ſatis de iis rebus queſtionem, uoluit ex his latenter nobis ſignificare, id ita eſſe, Sed age, Quo res ipſa manifeſtius intelligatur, breuiter pauca dicamus, RERVM ominū quæ ſunt, Aliæ perſiſtunt, aliæ in ſola notione inſunt, Earum quæ perſiſtunt, aliæ Corporeæ. aliæ incorporeæ, Incorporearum, aliæ a corporibus poſſunt ſeparari ut rōnalis anima & Dæmon, Aliæ non poſſunt ut albedo nigredo & Brutorum animæ. Earum rurſus que p ſe in noſtra notione inſūt, Aliæ prius, aliæ poſterius, in anima genitæ, Rerū omnium aliæ perſiſtūt, aliæ in notione nr̄a inſunt, Quæ intelliguntur ex perſiſtunt, Quæ nō intelliguntur, nequaꝗ, Sed ceſſante notione ceſſant & ipſæ, ut Hippocētaurus. Hircoceruus & eiuſ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

modi.non enim tales uſq̃ extant,Sed uidentes & equum & Cétaurum conformamus ipſi nos cogitatione noſtra quoddam ex utroque cópoſitum quod dicetur Hippocétaurus.Similiter ex hirco & ceruo imaginabimur compoſitum,quoddá quod dicetur hircoceruus. Qui & uere erit Hircoceruus.Neque eni audiendus Antiſthenes.Qui ponebat gña & ſpés, rerú in nudis notionibus.Equú inquiés uideo Equinitaté nó uideo. hoiem uideo.Humanitaté nó uideo,Vir ſolo uix ſenſu uiuens bruto.nó poterat ſe ſe altius attollere.neq; quicq̃ aliud q̃ que ante oculos humi ſtrata eént intueri. Rerum quæ perſiſtunt aliæ Corporeæ aliæ incorporeæ. Negabant hoc alii,alii affirmabant. Eorum qui affirmabant, alii tantú dicebant eſſe Corporeas,alii tantum incorporeas.qui dicebant Corporeas,in ea ipſa opinione omnes permáſerunt.qui incorporeas,Quando incorporearum rerum aliæ ut dictum eſt perſe perſiſtunt ut dæmon deus.aliæ in alteris ut albedo nigredo figura & eiuſmodi. Aliqui dixerunt per ſe eas exiſtere,Aliqui in iis que ſenſibus perciperentur ineſſe.

Rurſus,poſtquam hec que ſunt in iis que ſenſibus percipiuntur Corpora,Vel penitus commiſcentur,quemadmodum in Ceruſſa albedo.Vel ſuperficie continentur ſola,Quemadmodum Sphærica figura,Aliqui ea penitus cómiſceri aſſeuerabant .Aliqui in Superficie ſola apparere.Cæteri & circa ea contineri que υφιστωτα uocantur. nos Circunſtátias dicere poſſumus,loco ac tempore. Tales igitur quú fuiſſent de hac re diuerſitates,potis qdé erat degeneribus & ſpeciebus ut quereretur,Sint nec ne.Et ſi ſint,An in ſola notione permanerent.Quemadmodum Antiſthenes opinabatur,qui tamen quum dephendiſſet Perſiſtétia eſſe.Inueſtigare amplius non potuit Corporea ne eſſent an incorporea hec que pſiſterent. quandoquidé alteram diuiſionis partem abnegabat,Sed fac quo uis mó deprehenderit in corporea ea eſſe,Non potuit iam rurſus inueſtigare,An inſeperabilia prorſus eſſent a materia,An eſſent in Multis.An & poſſent a materia Seperari, Verum quo hec ipſa Manifeſtius intelligantur,tanquam exemplum ſubiiciamus. Neque ení temere atque imprudéter hoc dictú uideri debet, Res que exiſterent,Alii Corporeas eé dicebát,alii uero ícorporeas. Rónabiliter quidem utrique,neq; ob id inter ſe contrarii,Neutri a ueritate diſſentiunt.Hoc pacto. Intelligatur annulus qui inſculptá habeat alicuius imaginem,forte achillis. Intelligantur & Cerulæ multæ diſpoſitæ,quæ ab annulo comprimátur.Mox & Superueniés aliquis uideat Cerulas,ubiq; aiaduerterit ſcieritq;, omnes eiuſdem annuli ípreſſione formatas.Cótineat apud ſe in mente illam Annuli impreſſionem. Sigillum illud annulo inſculptum dicetur ante Multa, In cerulis uero Efformatum,in Multis,quod uero in illius qui ſuperuenerat mente continetur,Super multis ac poſterius genitum.Hoc idem intelligatur in generibus & Spébus,Opifex enim Rerum deus,Rerum omnium penes ſe ſpés habet,quas Diuinus Plato ι ιαι appellauit,Faciéſq; hominem,habet penes ſe ſpém humanam,ad cuius exemplum omnis homines facit, Sed inſurgent protinus Sophiſtæ per negando ullas eé Species apud opificem,Aduerſus quos pugnare nunc nó eſt propoſitú, Velim tamen non ſemper inſanire eos,ac perpetuo in errore uerſarier,Audiant igitur hec. immo Socratem potius ſi libeat cum Hippia diſputantem. SOCR. Omnium quicunq; rem aliquam operantur hippia,ut mihi quidem uidetur ea eſt conditio,ut aut Sciant que agunt aut neſciant,num idé uidetur & tibi? HIPP. Videtur.SOC.non ne qui ſciunt periti, Qui uero neſciút rudes nominátur atq; iperiti?HIP.nominátur,SOC.qué itelligemus Peritú Hippia.non ne qui eius rei quá facturus eſt certá & rationem & Spém habet? HIPP.eum ipſum .SOC.Annulum igitur illum tuum,Quem in olympicis a te mira arte laboratú oſtétaſti,num effeciſſes,Si & ſculpendi rationem,& Annuli ſpeciem non habuiſſes? HIP. non profecto.SOCR.Et phidias quum Mineruá que in arce eſt faceret?HIPP.Minime, SOC. Eiage bone uir,illú qui a nobis ημιουργος A poetis rerú opifex dicitur,qualé credis?HiPP. Maximum,SOCR.Putas ne eum certa ratione agere,quemadmodum periti ſculptores ſolent,an potius ceco & fortuito euentu,quemadmodú rudes atque inexperti? HIPP.Certa róne o Socrates quemadmodú periti,SOC.Dices ne eum irrationabili potentia ignariter agere,ueluti naturam?HIPP.Nequaq̃,SOC.Fatendum ne præſciri ab eo que a ſe fiunt. ut ſi hominem faciat,Cognoſcere ſe facturum hoiem,Si equum,equum?HIPP.fatendum SOC.Nonne quemadmodú in te erat Species annuli, & in phidia ſpés Mineruæ,erunt Similiter in eo Species Hominis & equi?HIPP.erunt, SOC. Habebit igitur is Rerú quas facit omnium in ſe Spés?HIP.habebit,Sic quidé cum Hippia pro diſcipulo Socrates. Nos pro Præceptore in eandem ſententiam, Lemmatis quibus utútur ipi,utamur, ut ſuis armis confodiantur uel occidant potius.Hoc modo, Aut Cognoſcit opifex que a ſe fiút aut non

cognoſcit,Si nõ cognoſcit,nihil quidem fiet,Siquidẽ nemo facere poteſt que ignorat,ne/
que.n.dicendũ irrationabili potentia agere,ſicuti naturam, Si cognoſcit & ut par eſt cer/
ta cũ rõne agit.Fatẽdum quidẽ erit præcognoſcere eum que facit. Si præcognoſcit, negari
certe non poteſt,ineſſe in rerũ opifice rerum ſpẽs, SVNT autem Huiuſmodi ſpecies in
opifice,ueluti in Annulo typus ac ſigillum achillis. Dicenturq; ante multas,& a materia
ſeperatæ, Species autem ſingulorum hominũ,ueluti cerulæ ſigillo efformatæ,Dicẽturq;
in Multis & a materia non ſeperatæ, At ſpecies illa quam in ſingulis hominibus eandem
eſſe uidentes,Colligimus in mente,ueluti is qui ſuperuenerat.Super multis ſue poſt multas
& poſterius generata,Poteritq; & a materia ſeperari & non ſeperari.Separi quia in aĩa exi/
ſtit nõ in Corpore, Non ſeperari,quia per ſe ſe penitus ſemoueri nõ poteſt,quẽadmodũ
Species quas poſuit Plato.Non enim uoluit,uti Diſcipulus Ariſtoteles opinatus eſt, & ple/
riq; omnes peſſime interprætantur, Species eas ſimpliciter eſſe intelligentias, Sed quaſdam
tantummodo eſſentias intelligibiles,quas tanq̃ pictas tabellas inſpiciens Mundi opifex, in
feriores has ſpecies facit, Hec itaque Porphyrius querere incorporeæ ne Species ſeperẽ/
tur a materia,ut quæ ſunt in opifice, An non ſeperentur,ut quæ ſunt in Multis, An ſint poſt
ea que ſenſibus percipiuntur,hoc eſt ſuper Multis,prorſus inquit recuſabo, Sciendum
eſt autem in iis uideri Ariſtotelem ac Platonem non ꝯuenire,Ariſtoteles eas dixit nõ ſepe/
rari poſſe a materia,Plato uero Seperari,Differant autẽ inter ſe philoſophorum opiniões
uel nõ differant,non eſt hoc loco diſputandũ, Mihi quidem Ariſtoteles uidetur,nõ niſi na
turaliter eas intellixiſſe,Diuinus autẽ Plato,Diuine, Vides nunc Frater,q̃ longo interual
lo ab Ariſtotele diſtet Plato,An non tantum q̃tum a natura Deus.ille quidem ſupra homi
nem naturæ totius penetralia perſcrutatus eſt.Hic ſupra Naturam,olorino uolatu conſcen
dit ad ſupos. Sũmo opifici non gratus modo.Sed & familiaris. Ille Mirandum Huma/
næ Naturæ domicilium,Hic & Diuinæ adorandum Sacrarium, Non equidem hec.ut
Comparationem ullam inter eos facerem, Platoniſq; noſtri Laudes ingererem. qui neq;
ſatis neq; diu multum ut Cicero ait laudari ab omnibus poſſet, Sed te ut Cõmonerẽ,iſtos
Sophiſtas non eſſe aſcultandũ,qui ita Platonis Ideas inſectantur. Ariſtoteli diſcipulo adni
tentes.ut Platone ipſo ignarius nihil,ſuis captiunculis eſſe confingant,

**Hoc autem quemadmodum & de iis & de præpoſitis λογικωτερον,**

Pollicitus fuit Porphiryus libellum hunc fore utilem ad Ariſtotelis prædicamenta,
Idem & nunc Confirmat,Dicit enim ſe de iis non theologice aut Naturaliter, Sed potius
Logice locuturũ. Logices uero que modo Ratiõalis modo Sermocinatiua dici poteſt,
tot ſunt Species.quot & Modi ſermonum,ſermonum aũt modi plures,Enuntiatiuus ut ex
Poeta Virgilio Exempla ponamus,At regina graui iam dudum ſaucia cura,uulnus alit ue
nis & ceco carpitur igni. Optatiuus.Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus oſtendat
nemore in tanto. Precatiuus,Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſem. Vocatiuus ſi
ue compellatiuus, O Regina nouã cui cõdere iuppiter urbẽ. Imperatiuus,Ferte uiri fer
te arma uiri. Permiſſiuus, ſubducite claſſem,Hortatiuus,Eia age rumpe mores, Interro
gatiuus Tu ne ille æneas quem Dardanio Anchiſe, alma uenus phrigii genuit ſimoentis
ad undas.Sunt & alii plures,ſi diligenter inſpexerimus,Sed ad Cõmemorandũ non neceſ/
ſarii,non enim de omibus hic agitur ſed de ſolo Enuntiatiuo,quippe qm̃ is ſolus eſt intelle
ctiuæ anime nuncius.Reliqui Concupiſcibilis,Nam qui optat alicuius rei uoto optat,& q
uocat alicuius rei cupiditate uocat,Similiter et qui quouis modo quempiam alloquitur,
Item quoniam is uel omnino uerus eſt uel falſus,ueluti quom dicitur Anima mortalis eſt,
hic nanque uel ueritas ineſt uel falſitas,Reliqui uero neque ueritatem oſtendunt, neq; falſi
tatẽ, ENVntiatiuus autem ſermo eſt ille, qui rem uel eſſe uel nõ eſſe oſtẽdit.Cõtinetq; in
ſe duo, Suppoſitum et Prædicatum,Suppoſitum ẽ id de quo fit ſermo, Prædicatum uero
quod de eo ipo dicitur,ut Hõ eſt animal.homo eſt ſuppoſitum,animal prædicatum,Item
Anima eſt imortalis,anima eſt ſuppoſitum,Immortalis uero prædicatũ, λογικ τερον Poſſu
mus quidem de generibus et ſpeciebus theologice loqui ut quom quærimus Sic.Habet ne
apud ſe.generum et ſpecierum Cõpræhenſionem deus an non?Item Sic. Vtra nam uerior
eſt opinio,Platonis qui dicit ideas intelligibiles per ſe ſe exiſtere,ac uere primas eſſe eſſen/
tias, An Ariſtotelis qui id ſedulo pernegat? Poſſumus item & Naturaliter Sic,Fortaſ/
ſis generum ac ſpecierum natura rationes habet,non enim quo modo nix per ſe frigeſa/
cit,ac per ſe ignis adurit, ita uideri et eam ipſam per ſe temere atque inconſulto agere, ſed
ratione potius,et ſi que agit minime intelligat,fortaſſis nõ hẽt, Item ſic, Vtrũ ſimpliciter

uniuerſale aial & uniuerſalis hō dicatur eſſe in Multis an non? Vtrū Cōmunis quedā ſubſtātia poſſit in ſingulis conſiderari quum quod ſic conſideratur diuidi minime poſſit, An non? Poſſumus poſtremo & logice de iiſdem Sic, Que quibus ſupponantur, que de quibus prædicentur, Prædicantur quidem genera de differentiis ac ſpēbus, ſed non econtrario, ita nanq; Coordinata inter ſe ſunt ut ordinem nunq̄ commutent, primo quidem genus, Secūdo ſpecies, Medio Dria, Et oportet qdem ſuperiora prædicari de inferioribus ac non de ſuperioribus iferiora, Si enim dicamus, Omnis homo aial, uerum dicemus, Sin Conuerterimus Omne aial homo, Falſum, quoniam ſubiectum eſt inferiori quod erat ſuperius, Itē ſi dicemus ſic, Omis equus irrationabilis ueri quidem erimus, Sin econtrario ſic, Omne irrationabile equus, Mentiemur, nam irrationabile hic non debuit eſſe Suppoſitū, equo, quemadmodū neq; Homini, ut dictum eſt, animal. Quum igitur logice enunciatiua potiſſimum ſpē contineretur, Enuntiatioq; omnis Suppoſito conſtaret & ṗdicato Supppoſitum aūt & prædicatum haberi ſine generum & ſpecierum cognitione non poſſēt, generaq; & Species pluribus modis conſiderarentur, De iis inquit λογικώτερον hoc eſt ut logici potius conſueuerūt pertractabo, non aūt ut theologi aut Naturales,

**Illud autē quēadmodū de iis ac ꝓpoſitis λογικώτερον antiqui pertractarunt,**

Logice pertractar peroprie dicitur rerum accidentia quærere, Naturaliter, rerum ſubſtātias indagari, theologice uero, unde omnia fluxerint, unde res principium habuerint, perſcrutari, Naturaliter igitur de generibus & ſpēbus ac reliquis tractare ut iam diximus eſt quom de iis que in ſenſibus percipiuntur quærimus, quēadmodum Ariſtoteles, Theologice aūt quom que in opifice ſunt perſcrutamur, quemadmodum in Parmenide Diuinus Plato, Logice uero eſt, quom Enuntiatiuas rōnes inueſtigamus quemadmodum in hoc libro porphyrius. In omni aūt Enuntiatione ſunt Suppoſitū & prædicatū, Suppoſitum aūt & prædicatum omne aut eſt genus aut Species aut differentia aut proprium aut accidens. QVEMADMODVM DE IIS. generibus & ſpeciebus, ET DE PROPOSITIS, reliquis tribus differentia, propno, & accidenti, uel potius ſic. dicens Porphyrius De iis intellexit genus driam & ſpeciē, apponens autē illud Et de propoſitis, reliqua duo, Propriū & Accidēs.

**Et horum maxime peripatetici nunc tibi tentabo monſtrare,**

Phūs porphyrius huius diſciplinæ iuentionē nō ſibi uendicauit, Sed ex oibus inquit antiquis qui de iis ipſis logice pertractarunt, Peripatetici q̄ maxime diligentes fuere, Peripateticorum autem appellationem hinc ortam eē aiunt, Solebat diuinus Plato in academia frequenter cum familiaribus deambulando ſe exercere, ut per exercitationem quā magnopere comprobabat, corpus aptius ad animæ ſplendorem ſuſcipiendum efficeret, Artificis enim opus quale ſit, plerunq; ex Inſtrumentis dignoſci ſolet, Itaq; qui cum Platone in Academia erant, a deambulando ſunt peripatetici cognominati, Poſt Platonis uero interitū, Ariſtoteles ac Xenocrates diſcipuli gymnaſio ſucceſſere, Ariſtoteles in Lycæo, Xenocrates in academia, Qui Ariſtotelem ſecuti, Peripatetici ex lycæo dicebantur, qui Xenocratem Peripattieci ex Academia, Mox qui cum Ariſtotele erant, obſoleta loci cognominatione, ex Actione dicti tātum Peripatetici. qui uero cum Xenocrate contra, Vocabulum ipſum tenuerūt, atq; actionis cognominationem perdidere, uocatiq; Academici, Cōfecturus itaq; Porphyrius ut pote Platonicus ex iis q̄ a Platōe dicta fuerāt, cōpēdioſā inſtitutionē, Scripturuſq; utilē ad ṗdicamēta Ariſtotelis libellū, Demōſtrabo inqt, quēadmodum de iis Antiqores ptractarint, & maxie Peripatetici, VIDETVR AVTEM, decē ſūt ut iā dictū ē, gn̄aliſſima gn̄a, Subſtātia q̄titas qualitas, Ad aliqd. Vbi. qn̄. Situs. Hitus. Actio & Paſſio, Horū Sola ſubſtātia p ſe exiſtit. Reliqua uero tāquam ipius ſbe accidētia, ꝯueniet tn̄ hec ipa gn̄is deſcriptio iis oibus Neque dixeris q ꝯuenire poterit oibus? quū iter ſe tātopere differāt qcqd. n. acciderit Subſtātiæ, quum uidelicet tanq̄ genus diuiditur in ſpēs, Illud idē accidet & reliqs. Diuidūtur. n. & ipa i ſpēs, tanq̄ gn̄a, Aliudq; ē ꝯſiderare ea, ut ſubæ ſūt & accn̄a, Aliud ut gn̄a gn̄aliſſima. Quod ipſū eſt cōe oibus. ¶ De genere

**Videtur autem neq; genus neq; Speciem Simpliciter dici.**

¶ poſtq̄ & Propoſitum & libri utilitatem ſignificauit, Oſtenditq; introductionis modū. quom dixit ſe ab altioribus q̄ſtionibus abſtinere, & faciliores uelle conſectari, Demonſtrauitq; quæ altiores, quæue ſimpliciores eſſent, Nunc ad ipam quā propoſuerat dictarū qnq; uocū inſtitutionē deſcēdit. Ac rōnabiliter qdē primū de gn̄e, tū qa ordinē habuit primū, tū qa p̄ſes ſꝑ ſe ſpēs cōp̄hēdit, ē āt q̄ ſpēs prius

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

genus per cauſam, Quomõ per cauſam? Que ad aliquid ſunt, neceſſe enim ſubſtãtias pri/
us eſſe, que ad aliquid futura ſunt, Altera antiquiora alteris, Vel p rõnem ſubſtantiæ id ẽ
per cauſam, ut Pater filio, niſi enim patris ſubſtantia fuiſſ et filius non eſſet. Præceptor diſci
pulo, & Dominus ſeruo. Dicitur quidem preceptor cauſa diſcipuli, et dominus cauſa ſerui,
Niſi enim plato fuiſſet, Ariſtoteles diſcipulus nunc tantus nõ eſſet, Et niſi Cæſar fuiſſet, Ro/
mani nunc ãmiſſa Rep non ſeruirent, Vel per rationem temporis. quom uidelicet re/
ſpicitur ad ætatem, ut Sophroniſcus iam ſenex, Antiquior ſocrate filio adoleſcente, Plato
Ariſtotele diſcipulo. Sempronius Titio ſeruo. Priora tamẽ que ad naturam, mutuo iter ſe,
per rationẽ ſubſtãtie, ſiue per cãm ſunt conſtitutiua, Poſteriora hec que ad fortunam &
Magiſterium, cõmutationem quoq; interdum etiam patiuntur, Per rationẽ tẽporis, ut An
tiquior ſit Tuditano domino Meuius, Et Hermogene præceptore Marcus, Genus itaq;
& ſpẽs ſunt ad aliquid, Spẽs ſiquidem generis ẽ ſpẽs, & genus ſpẽi ẽ genus, Si ad aliquid,
Neceſſario ut dictũ eſt et ſubſtãtiæ, Genus uero nõ erit ꝙ ſpẽs prius per rõem tẽporis, ſed per
rõem ſubſtãtiæ cõſtitutiuũ ſubſtãtiæ ſpẽi. Diuiditur enim genus in ſpẽs, Omne autẽ diuiduũ
& natura prius eſt ꝙ partes, & conſtitutiuũ, Per ſubſtantiæ igitur rõem prius genus ꝙ ſpẽs,
At quecunque p ſubſtantiæ rõem priora, per cauſam ſunt priora, Genus igitur ꝙ ſpẽs prius
eſt per cauſam, Meritoq; quũ antiquius ſit, ſpẽi & differẽtiæ, ac Reliquis præpoſitum, Si/
mili nanq; ordine & natura utitur in omni generatione, Primo enim ſemen ſuſcipiens,
uitale facit, Deinde ſenſus præbens, facit eſſe animal, deinde ãnimũ & cõcupiſcentiam, facit
Irrationabile animal, Poſtremo perfectam rõem, & facit hominem, Per ſubſtãtiæ igitur
rõem gña priora ſũt ꝙ ſpecies, Qua uero mutuo iter ſe habitu ĩ aliis coexiſtũt & dimouẽtur
genus & ſpecies, Nomina tantũ. Sed ſi quæſitũ fuerit, Quare hoc loco de ſpecie mentio/
nem fecerit ac non etiam de differentia & reliquis, Dicemus quod genus & ſpecies ſunt,
ut diximus, ad aliquid, Spẽs. n. generis ẽ ſpẽs, & genus ſpẽi ẽ genus. Neceſſeq; in docẽdo
que ad aliquid ſunt, Docentem alterũ, meminiſſe & alterius, Recte igitur Porphyrius
quũ de genere loqueretur, meminit ſimul etiam ſpẽi. Vtitur autem regula quadam Ari
ſtotelica, Que iubet, Eum qui de Aliquo æquiuoco nomine ſub quo plura ↄtineantur ſit
locuturus, Oportere primum, eius ipſius nominis ſignificatiões explicare, Deinde in quã
ſignificationẽ loquatur ꝑmonere, Cõſueuit. n. plerũq; ομωνυμια æquocatio, obſcuritatẽ atq;
errorẽ ingñare, quũ aliã qui loqtur, qui audit aliã eiuſdẽ nominis ſignificationẽ accipiant,
Verbi gratia, Si de cæleſti cane locuturus dixeris ſic, Cãis ortu & occaſu fructus diſcriminat
vi. non. Maii. occultatur, xv. cal. Quint: emergit, ſitim morboſq; ferẽs mortalibus ægris,
Niſi prius edocueris, de quo cãe loquaris, Certe ãbiguitatẽ facies in animis auditorũ, Enũe
rãdæ qdẽ prius erãt eius ſignificatiões ſic, Cãis alius ẽ terreſtris, Marinus alius, alius cœleſtis
deinde dicendum, nunc de cœleſti loquor, Quod idem Porphyrius hic facit, Enumerat q
dem primũ ſignificatiões generis. deĩde oſtendit de quo loquatur, Illud aũt VIDETVR
non ſomnians dixit, ueluti apud Poetam æneas, In ſõnis ecce ante oculos mœſtiſſimus he
ctor uiſus adeẽ mihi. Vltro flens ipe uidebar compellare uirum, Vel confuſam hñs mẽ/
tẽ ſic. Subito quũ creber ad aures uiſus adeſſe pedum ſonitus. Infœlix ſimulacrum atq; ipius
umbra creuſæ uiſa mihi ãte oculos & nota maior imago, Sed potius uigilãs, ueluti quom
Poeta dixit, Apparent rari nantes in gurgite uaſto, Apparet domus intus & atria longa pa
teſcũt, Apparẽt Priãi & ueterũ penetralia regũ, Apparẽt diræ facies inimicaq; troiæ numina
magna deũ, Verbũ enĩ uidetur mõ imaginẽ tãtũ rei oſtẽdit, ut ex Poetæ exemplis mani/
feſtum, Modo opinionem, modo & ueritatem, Que ſignificatio apud iuriſcõſultos uſitatiſ
ſima. Opinionis, ut ex Vlpiano exempla ponamus de ui. Sic, Qui p uĩ poſſeſſionẽ ſuã reti/
nuit Labeo ait nõ uideri ui poſſidere, idẽ ait qui metu turbæ perterritus fugerit ui uideri de
iectũ, Itẽ. Deieciſſe is uidetur qui mandauit uel iuſſit ut aliqs deiiceretur, Si familia mea ex
uolũtate mea deiecerit ego uideor deieciſſe, Veritatis Africanus ſic, qa ubi legatarius nõ
repudiauit retro, ipius uidetur res ex quo hereditas adita ẽ, Itẽ ſed uerius ẽ ẽt ſi unus ſeruus
ui deiecerit familiã deieciſſe uideri, ac mille alia eiuſmodi, Vtriuſq; ãt & opiniõis ſignifican
dæ & ueritatis definiẽdæ ex modeſtio exẽplũ erit hoc. Quiſqs mihi alius filius filiiue heres
ſit Labeo ait non uideri filiã contineri, Proculus ↄtra. Mihi labeo uidetur uerborũ figurã
ſequi, Proculus mentem teſtantis, opinionis illud, Hoc ueritatis, Apparet uero uerbum
ſemper ex ſuperiori aliqua cauſa ad certitudinem refertur, Vlpianus, Vim ui repellere
licere Caſſius ſcribit, idque ius natura cõparatum. Apparet autem ex eo arma armis re/
pellere oportere, Celſus. Mouentiũ item mobiliũ appellatiõe idẽ ſignificamus, Si tamen

apparet defunctum animalia duntaxat que per ſe ipſa mouerentur, mouentia uocaſſe, Sed quid ſomnians? quid uigilans? Academicus Porphyrius academicorũ uerbo uſus eſt, qui quũ certi nihil affirmare auſint prudentiſſime in omni re hoc opinionis uerbo utũtur. Vnde & frequens illa apud Ciceronẽ nr̃um clauſula, eſſe uideatur. SIMPLICITER DICI. ἁπλῶς ſimpliciter quattuor modis itelligitur apud oratores uniuerſaliter, ἁπλῶς εἰπεῖν ut uniuerſaliter dicamus. Apud Ariſtotelem. Proprie. καθ᾽ ἁπλῶς γένεσι Propria generatio, Significat item imerito ut quom dicimus ſimpliciter dominus ſeruum uerberat hoc eſt in digne, nõ ex merito. Significat & ſimpliciter hoc eſt abſq; ꝑplexitate, ut quom dicimus ſimplex ſermo uerus, ἁ ωι igitur hoc loco accipitur in poſtremam hanc ipſam ſignificationem pro ſimplici et unica ratione, perinde ac ſi diceret genus quidẽ ac ſpecies pluribus modis dicũtur.

Simpliciter quot modis

**Genus nanq; dicitur & aliquorũ quodãmodo ad unũ aliquod ſe habentium, & mutua inter ſe congregatio**

Dicit primã generis ſignificationẽ oſtẽditq; id ipſũ duos hr̃e relatiõis habitus, alterũ multitudinis ad unum, ut Heraclidarũ ad Herculem quatenus ex hoc dicũtur illi habere genus, Alterum multitudinis ad multitudinem, ut Heraclidarũ inter ſe quatenus alteri alteris dicũtur auũculi & nepotes, Illud aũt quodãmodo pulcre appoſitum, Eorũ eni que ſub eodem genere ſunt, alius atq; alius eſt relatiõis habitus, nã uel auũculi ſũt aliorum alii uel filii uel fratres et eiuſmodi. HERACLIDARVM DICITVR GENVS. Dicẽdo heraclidarũ ſeperat id ipm ab aliis generibus, Tãtalidarũ atridarũ & cæterorũ. & ab habitu unius & a multitudine habẽtium quodãmodo mutuam inter ſe ab illo affinitatẽ, ſecũdũ quod duo rurſus ſuſcipiũtur relatiõis hitus, Vnius ad unũ, ut Herculis ad Lycũ, & cauſæ ad cauſatũ ut Patriæ ad ciuẽ, ut quom dicimus platonem genere Athenienſem, pindarũ uero thebanũ. Sciendum eſt autem quattuor modis dici habitum, Reſpectu artis, ut præceptoris ad diſcipulũ, Reſpectu fortunæ ut domini ad ſeruũ, Reſpectu electionis ut Amici ad amicũ, Et reſpectu naturæ ut patris ad filium, ſuperiorum autem habitus eſt reſpectu naturæ.

**Secundum deciſionem eam que ab aliis generibus eſt nuncupata.**

Intelligendum hoc loco naturã rebus oĩbus ſignificatiuas uoces et noĩa præbuiſſe, ut diſtincte cognoſceremus, hunc uocari hominem, hũc bouẽ, hunc equũ, Artes uero ſingulas quiddam ſibi propriũ ac nouicium excogitaſſe, atq; ut apertius res ipſæ intelligerentur, propriis rebus atq; inſtrumẽtis proprias uoces ac nomina impoſuiſſe, Exempli cauſa Geometræ quũ multas adinueniſſent triangulorum drias, alium ſcilicet habentem tria æqualia latera, alium duo tantum, alium inæqualia tria, propriis uſi ſunt nominibus uocaueruntq; illũ q tria æqualia latera haberet iſopleuron, qui duo iſoſceles, qui uero iæqualia tria ſcalenon, eiuſmodi noĩbus uniuerſã eorũ ꝓprietatẽ declarãtes, Itaq; noĩa res ſignificarũt,

**Hec autem uidetur in promptu generis ſignificatio.**

Porphyrius, Frater, Ex Parmenide, Philebo ac Sophiſta, pleraque in rem ſuam tranſferens, Magna ex parte hoc opus confecit. Hec autem in Philebo dicta a Platone ſunt, nõ in ſophiſta, ut aſſerit Ammonius, Sed ſit ſane μνημονικον αμαρτημα Ciceronianum. Nos eum locum quia dignus uiſus eſt non modo qui ut aiunt ſulgidula Milto, uerũ etiam qui Auro annotetur, Ita tibi interpræatati ſumus. Ex Secunda pagina, Dialecticam ipſam Socrates laudans docet his uerbis. DONVM quidem mihi ut uidetur maximum, Ad nos deorum beneficio, una cum Luci diſſimo igne illo quem ætherea ſubduxit Promœtheus domo, deſcendit. Priſci quidem q̃ nos ſumus longe præſtantiores, & diis ipſis proximiores, Hec ipſa nobis tradiderunt oracula, Ex uno multiſq; hec que Sẽpiterna dicimus uniuerſa oĩa conſtare, Finitumq; & infinitum iis inſitũ inhærere. Atq; iccirco oportere nos generalem Multorũ ſpeciẽ ſemp unã ĩquirẽtes, que ſuapte natura iis inſita ſit inuenire, Mox & alteram ſi duæ forte ſint perſcrutari, Item & tertiam & quartam & ſi fors tulerit quĩtam, Donec ad unum aliquod ſupremum deuenietur, Contra uero rurſus eiſdem deſcendendo gradibus, ad ipſum uſq; principio unum diuidere, Quo ad unum id nõ modo plurimũ ac infinitũ, uerũ ẽt ita eſſe dignoſcatur, Infiniti aũt non prius admouendã multitũdini ſpẽm, q̃ q iter ifinitũ & id unũ nũerus ẽ ĩtelligatur, Poſtrẽo q̃cũq; i ĩfinitũ abeũt omittenda, Hoc quidem pacto inueſtigare ac diſcere & que didicerimus docere poſſe, Dii nobis ipſi dederunt, Hec frater diuiniſſimus plato.

D: Arbor porphyrij Pla

**Q uando nulla ex iis effici ſcientia poteſt.**

Interpræatatur Porphyrius Platonem, Qur que in infinitũ abeũt omittẽda dixerit, Et quidem pulcherrime, Omnis enim ſcientia efficitur ut diximus per demõſtrationẽ, Demonſtratio per diffinitionem, indiuidua autem infinita, Quod infinitũ, incõpræhenſibile, Quod incomp̃henſibile diffiniri nullo modo poteſt, Quod diffiniri nõ poteſt, Sciẽtia certẽ ex eo nulla conſtabit. Nulla igitur ex indiuiduis ſcientia effici poterit,

**Q uom igitur ad ſpecialiſſima deſcendimus.**

Dixit Ens nõ eſſe genus generaliſſimorum, Que & definitam habent naturam, & nobis facilius pernoſcuntur, Nunc autem de ſpecialiſſimis ſpeciebus pertractãdo perſcrutatus,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

An ita ſe habeát, quomodo gñaliſſima genera, hoc pacto, Alia ſunt que definitũ habent numerum, queq; a nobis percipi poſſunt, ut ſut decem genera generaliſſima, Alia uero que & ſi definitum habent numerum, non tamen percipi poſſunt, ut ſpecialiſſimæ ſpecies, Homo equus, Canis, uitis, oliua & huiuſmodi, que ſuapte natura & definitæ & incognita eſſe poſſunt, Definitæ quia omnino certæ, incognitæ, quia aliæ alibi, Multa enim & Animaliu & plantarum & metallorum ſpecies nobis incognitæ, Verũenimuero quecunq; in rebus ſunt definita eſſe, Euidentiori quadam captiuncula demonſtrabimus, Sic. Infinito maior nulla multitudó, Hoc quum ita ſit, Ponatur, Specialiſſimas ſpecies infinitas eſſe, Si quidem in unaquaque ſpecie multa ſunt indiuidua, Humana enim ſpecies una, in mille diuidetur indiuidua hoc eſt particulares homines. Similiter & Equina & Canina & id genus ceteræ. Manifeſtum hoc quidem omnibus, Multo maiorem eſſe indiuiduorũ q̃ ſpecierum multitudinem, Si itaque, multipliciora ſunt que ſub ſpeciebus ſũt indiuidua q̃ ſpecies ipſæ, Specierum q; ſpecialiſſimarum numerus infinitus, Infinitior certe erit indiuiduorum numerus, q̃ infinitus numerus ſpecierum, At uero ĩfinito aliquid multiplicius nõ eſt, Non eſt igitur ſpecierum numerus infinitus. Dicendo nanq;, Numerum numero maiorem eſſe definimus ac determinamus minorem, Quecũque enim aliquo alio maior eſt, certe exceſſu quodã maior, exceſſu uero ammoto, definietur determinabiturq; quod ẽ reliquũ. Quo itaque modo demonſtratum eſt, Specialiſſimas ſpecies non eſſe infinitas, Sic & que ſub ipſis ſunt indiuidua demonſtrabimus, neque infinita, neq; multipliciora eſſe q̃ ſpecies, Siquis nanque dixerit indiuidua infinita, Certe que ſub qualibet erunt ſpecie indiuidua, Vel infinita ea eſſe confitebitur. Verbi gratia, que ſub humana que ſub equina cæteriſq; ſpeciebus indiuidua ſunt, ipſa per ſe infinita eſſe, Vel ſuapte natura definita, Vel omnium ſimul que ſub cunctis ſpeciebus ſunt, indiuiduorum congregatam multitudinẽ dicet eſſe infinitam, Si igitur que ſub qualibet ſpecie ſunt indiuidua ea infinita eſſe fateatur, Accidet rurſus infinito aliquod infinitius multipliciuſq; eſſe. Siquidem Particulares homines infiniti, & particulares quoq; equi infiniti. Quodq; ex ambobus duplicatũ erit adhuc magis infinitum, Quod uero ex reliquis oĩbus, certe etiam multiplicius, Quo q̃d dici abſurdius poteſt: Nullo igitur pacto que ſub qualibet ſpecie indiuidua ſunt, Infinita eſſe poterunt, Sin uero determinata ea eſſe dicantur. Certe & ipſæ ſpecialiſſimæ ſpeies determinatæ erũt, atque ex omnibus compoſita multitudo determinata. Nam quicquid ex determinatis componitur, & ipſum determinatum. Determinatus igitur erit indiuiduorum numerus. Quodcunque enim fit ſemper, æternunque manet, illud infinitatem habet, qua ratione & numerus dicitur infinitus, quod quũ ſemp adaugeri poſſit, ac nunquã deficiat, actu q̃dẽ ipſo ſuceptus definiri inuenietur ſemper. Eodem etiam modo demõſtrari poterit, & arenam eẽ, numero definitam. Nec falſũ fuiſſe Apollinẽ qui ſic cecinit.

Noui ego dimenſum pelagi, & numerum ſcio arenarũ, Vel ſi hoc non placet, Sic,
Noui ego quot numero fluctu uoluantur arenæ,
Et quantum oceani pateat menſura profundi,

Infinita enim ſi eſſet, adiunctus ei quom fuerit hominum numerus, erit adhuc infinitior, quando quod ex duobus componitur, alterutro fit maius. Sicq; erit infinito quoddam infinitius, quod minime oportuit, Specialiſſima igitur ſuapte natura determinantur, nobis tamen incognita, indiuidua determinatam quidẽ naturã non habẽt, quia rurſus ac rurſus generantur, nobis tamen cognita, actu dum ipſo ſunt ſpecies effectæ, principiumq; habuerit generationis, & ſi minime quot ſint intelligantur, Non etenim queadmodum in ſpecialiſſimis ſpeciebus ita & in iis quotum cognoſci poteſt, definitus ſiquidem, ut demõſtratum ẽ, horum numerus,

**Quom uero aſcendimus ad generaliſſima multitudinem ipſam in unum colligere oportebit,**

Declarat hoc loco quid accidat Aſcendentibus a ſpecialiſſimis ad generaliſſima, & quid deſcendentibus a generaliſſimis ad ſpecialiſſima, Idq; frater ex Philebo.

**Atq; item magis genus**

Species enim comprehenſiua tantum eſt particularium indiuiduorum, genus uero & ſpecierum & indiuiduorum, De inferiori etenim ad ſuperius hoc eſt ab indiuiduis ad generaliſſima conſcendentibus, multitudine quidem res coarctantur, minuunturq;, Vi uero atq; potentia dilatantur augenturq;. Species nanq; q̃ indiuidua ſunt multitudine paucio-

res, Potentia uero plures. Simili modo & ſpecierum ipſarum genera, quo uſque ad unũ generaliſſimum perueniatur, Atq; id non irrationabiliter, una ſiquidem rerum omnium cauſa eſt atq; principium. Quare que generi generaliſſimo ꝓximiora, coanguſtantur multitudine, adaugentur uero potentia. Que contra ſunt ab eo ipſo remotiora, augẽtur numero, diminuunturq; pontentia.

### Demonſtratum autem eſt & genus & ſpecies, & que ſit utriuſq; natura

Propoſuerat porphyrius de propoſitis quinque uocibus logice potius pertractare q̃ ut diximus naturaliter aut diuine, Poſtq̃ uero docuit que eſſet generis ac ſpeciei natura, uiſum eſt etiam uelle oſtendere, quemadmodum utilis ſit eorumdem cõtemplatio, ad ipam differendi rationem, ferme hoc pacto, Omnis quidem diligens differendi ratio uerſatur circa demonſtrationem. Demonſtratio autem cõſtat ex ſiyllogiſmo, Syllogiſmus ex enunciationibus, Enunciationes ex duobus terminis, quorum alter ſuppoſitum, alter uero dicitur predicatum, Suppoſitum autem id eſt de quo fit ſermo, prædicatum uero qd de eo ipſo dicitur. Sic. Socrates diſputat, Enunciationis huius ſuppoſitum eſt ſocrates, de quo fit ſermo. Prædicatum uero eſt diſputat, quod de illo dicitur, Itẽq; & ſic Anima per ſe ipſa mouetur, Suppoſitum eſt anima, Prædicatum autem hoc. Per ſe ipſa mouetur

Itemq; ſic, homo eſt animal. Suppoſitum eſt homo. Prædicatum autem animal, Atq; in omni ſimiliter enunciatione docet, que genera ſint, & que ſpecies, hoc eſt que qbus ſupponi: & que de quibus prædicari debeant, Atq; ut pernoſcamus quomodo inter ſe implicita ea, ſcilicet genera & ſpecies, efficiant enunciationes, ex quibus ut dictum eſt fit ſyllogiſmus, circa quem tota differendi ratio uerſatur, Dicit, de ſpecie ſemper prædicari debere genus, ut de Homine animal, de animali ſubſtantiam, non autem, De genere ſpeciem, quippe quoniam nequaq̃ uerum erit, ſi quis ſubſtantiam dixerit eſſe animal, aut animal, hominem, Ac patet id quidem, de ſpeciebus ſemper prædicari debere genera, de generibus uero ſpecies nunq̃, Intelligendum eſt autem oportere prædicata omnia, uel pluris eẽ q̃ ſupponita, ut homo & animal, uel ſaltem æqualia, ut homini riſibile, inuicem enim de ſe æqualia ꝑdicantur, ut enim dicimus homo eſt riſibilis, ita ex diuerſo dicimus riſibile eſt hõ.

### Et omnia ſuperiora de inferioribus,

ut ſubſtantia de corpore, corpus de animante, Aĩans de animali, animal de homine,

### De quibus autem ſpecies prædicatur de iis & ſpeciei genus & generis genus neceſſario uſq; ad generaliſſimum prædicabitur,

Aliud tradit præceptum, & ipſum ad differendi rationem non inutile, Eſt autem huiuſ modi, De quo ſpecies prædicatur, de eodem & ſpeciei genus uſq; generaliſſimum prædicabitur. uerbi cauſa, de Socrate prædicatur hõ, deq; hoĩe animal, Animal igitur & de ſocrate prædicabitur, Item de animali prædicatur id quod eſt animans, igitur & de homine & de ſocrate, De aĩante corpus, igitur & de animali & de homine & de ſocrate, De corpore ſubſtantia, Subſtantia igitur, de corpe, de animante, de animali, de homine & de ſocrate prædicabitur,

### Generaliſſimum enim de omnibus que ſub ſe ſunt generibuſq; & ſpeciebus & in diuiduis prædicatur,

Si enim uerum illud eſt ſuperiora ſemper de inferioribus prædicari, Manifeſtum quidem generaliſſimum de omnibus que ſub ſe ſunt generibus atq; indiuiduis prædicari,

### Indiuiduum autem dicitur Socrates & hoc album,

Apponens demõſtratiuum illud pronomen hoc. effecit particulare id ipſum uniuerſale quod demonſtrauit, Per ſe enim album uniuerſale.

### Quorum congregatio nunquam in aliquo alio eadem erit,

Non dixit quorum ununquodq; ſed quorum congregatio, illud enim ununquodque & in aliis exiſtere poteſt, cuncta autem ſimul nulli.

### Vniuerſalis quidem hominis proprietates fieri eædem poſſunt in pluribus, at uero Socratis in aliquo alio nequaq̃.

Hominis inquit proprietates ineſſe poterunt & particularibus hominibus, ut hoc Animal rationabile mortale, & eiuſmodi. Intelligendum eſt autem hoc loco, genera ſpecies & indiuidua, habere quaſdam proprietates, Ac generis & ſpeciei proprietates inexiſtere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pluribus,indiuiduorum autem in illo ſolo cui inſunt,indiuiduo. Verbi gratia, Animalis proprietates ſunt] Subſtantia, Animatum, & ſenſitiuũ,Inerunt autẽ pluribus,homini, equo, cani & cæteris. Hominis autem proprietates ſunt, Animal rationabile mortale,mentis ac ſcientiæ capax,quæ omnibus inexiſtent hominibus, Socratis uero proprietates ſunt eẽ philoſophum,caluum,uentroſum,Sophroniſci filium,athenienſem & eiuſmodi. Quorum quidem ununquodq; per ſe poteſt & in aliis exiſtere, Inuenientur nanq; & alii,calui, ſimi,philoſophi,Athenienſes,& fortaſſe etiam Sophroniſci filii. Congregatio uero que facta fuerit ex hiſce omnibus, Philoſophum uidelicet caluum ſimum uentroſum eẽ eodẽ ipſo tempore niſi in ſolo Socrate exiſtere non poterit,

**Species aũt ſub genere,genus enim quid totum eſt, indiuiduum uero pars Species uero & totum & pars,**

Totum,qua reſpicit indiuiduum,pars qua reſpicit genus.

**Sed pars quidem alterius,totum uero non alterius eſt,ſed in aliis,**

Totum enim & pars ſũt ad aliquid, Eorum aũt que ad aliquid ſunt,q̃dam per rectum caſũ pferuntur,ſic. Dominus & ſeruus,q̃dam uero per obliquũ ſic. Patet filii pater per genitiuũ Per datiuum ſic, Amicus amico amicus, Per accuſatiuum ſic, Amatus amatorẽ amat, Atq; iccirco dixit, Pars quidem alterius, totum uero in aliis. Dicimus enim partem totius eſſe partem, Non ſic autem totum partis totum, ſiquidem ex una ſola parte nunq̃ dicetur componi totum, Sed ex pluribus. Quare illic relationem facimus per genitiuum.hic uero per ablatiuum, Ex pluribus nanque partibus neceſſe eſt fieri id ipſum totum, Quod ex Platonis Parmenide frater ſumptum, Pulcre igitur dixit,totum uero nõ alterius,ſed in aliis.Intelligendum eſt autem,non per ſingularẽ modo, ſed p pluralem genitiuum potuiſſe dici,hoc modo, Totum partium eſt totum,ſed communem potius dicendi conſuetudinem ſecutus Porphyrius,maluit per ablatiuum,

**Quedam & genera & ſpecies ſunt,**

ſcilicet ſubalterna, hec nanq; & generis & ſpeciei rationem eadem habere poſſunt,

**Et quot modis genus ac ſpecies dicantur**

Genus tripliciter, Species uero dupliciter,

## De Differentia

**DIfferentia aũt & cõiter & proprie & pluſq̃ proprie dicatur**

Quam ob cauſam,quum differentia prior ſit q̃ ſpecies,præpoſita tamen ſpecies fuerit,iam diximus. Nũc itaq; de differentia locuturus,ſupradicta quoque regula utitur, Eius ipſius ſignificationes enumerãdo. Verumenim uero ut que dicenda erunt,conſequi faciliter poſſimus,prius hec pernoſcenda,

Differentia,nihil quidem aliud eſt q̃ rerum diſſimilitudo,ſiue ut uerbum uerbo reddamus,alteritas, Alteritas, id enim eſt ετεροτης uel ſeperabilis ac ſecũdum quid accidens,que uidelicet ab illis in qbus ineſt ſuapte natura ſeperatur,uerbi gratia. Qui ſtat & qui ſedet,quanq̃ ille qui ſtat ſedere,hic qui ſedet ſtare poſſit,differunt tamẽ hoc quia ille ſtat,hic uero ſedet,

Dicitur hec ſeperabilis,& ſecundum accidens differentia, Porphyrius eam uocat communem,ideo quia non determinate in aliquo ineſt,ſed communiter in omnibus. Vel prorſus inſeperabilis,que uidelicet minime ſeperatur. Inſeperabilis rurſus uel per ſe exiſtit,ſubiectæ materiæ completiua, ut hominis , rationabile mortale, Differimus enim a Brutis hoc, quod eos & ratiõis & orationis pticeps ſumus, illa uero penitus expertia, Vel per accidẽs nullius rei effectiua,ut naſi aduncitas, ſimitas,oculorum glaucitas & eiuſmodi,

Differunt nanque inter ſe,hic quia ſimus ,ille uero quia aquilinus. Dictæ autem hæ differentiæ ſecundum accidens,quoniam nihil ad ſubiectæ rei ſubſtantiam conferunt, Item & iſeperabiles quia nequaq̃ aptæ natæ ſunt poſſe a ſubiecto ſeperari,nunq̃ enim poterit hõ non eẽ rationabilẽ mortalẽ,nunq̃ & Socrates poterit non eẽ ſimũ,ac Socratẽ eẽ, Verum hæ quæ per accidens nullius dicuntur rei effectiuæ , dictæ a Porphyrio propriæ , quod determinate inſit in aliquo,eſſe ſimum & eſſe aquilinum,illæ uero quæ per ſe ſunt ſubiectæ materiæ completiuæ,ut rationabile mortale,dictæ a porphyrio pluſq̃ propriæ, Differentia



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum itaq; ſiue ut latino uocabulo iterdum utaris, Diſſimilitudinum, aliæ communes, aliæ propriæ, aliæ & Pluſq̄ Propriæ. Cõmunes differentiæ ſunt, quæ per accidens ſunt ſeperabiles, Propriæ contra, quæ ſunt per accidens inſeperabiles, Pluſq̄propriæ uero, a ſubiecta materia prorſus inſeperabiles, Ac nõ irrõnabiliter quidẽ hic duntaxat agitur de pluſq̄propriis, philoſophus enim circa ea potiſſimum uerſatur que conferunt ad ineundam philoſophiæ rationem, diuiſiuam ſcilicet ac diffiniti uam, diuiſio autem & diffinitio nunq̄ ab aliquo accidenti ſuſcipiuntur, niſi ex ſubſtatiuis, quales ſunt hæ quæ pluſq̄ propriæ dicuntur differentiæ, Prima uero differentiarum diuiſio hec quam diximus, ſupradiuiſio autem que ſequitur hec,

## Differentiarum aliæ ſubiectum ΑΛΛΟΙΟΝ eſſe faciunt, Aliæ ΑΛΛΟΝ

A λοιον autem frater id dicitur, quod ex accidentibus ita immutatum eſt ut uix agnoſcas idem eſſe, noſtri modo diuerſum, modo alienum, modo diſſimile dixerunt, α λον uero qd per ſe ab altero penitus differt, nos aliud dicimus, Communes itaque ac Propriæ differẽtiæ ſubiectum faciũt eſſe α λοιον, hoc eſt a ſe ipſo diuerſum, ut ſedere & ſtare ſimum & aquilinũ eſſe, Pluſq̄propriæ uero α ον aliud, ut rõnabile & irrõnabile, Verbi.g, ab aſtãte, Socrate ſedens non alius dicetur Socrates, ſed diuerſus, & ab homine equus non diuerſus, ſed alius, Illud enim accidentium uarietatem ſignificat, Hoc uero ſubſtantiæ, Tripliciter itaq; quum differentiæ dicantur, Communiter, proprie, ac pluſq̄proprie, de iis quæ pluſq̄propriæ ſunt apud philoſophos ſermo, propriæ nanq; & communes ad generum diuiſionem nil quicq̄ conferunt, Nemo enim dicet, animalium alia ſtant, alia ſedent, aquilina alia, alia ſima, niſi fortaſſe qui iampridem deſiperit, Si igitur ad diuiſionem inutiles, erũt & ad diffinitionem, ac duntaxat pluſq̄ propriæ differentiæ neceſſariæ,

## Et pluſq̄proprie dicatur

Dicatur inquiens, ſignificauit ſe id nomen poſuiſſe, conſueuerunt enim antiqui quum, uulgato nomine uterentur dicere dicitur, uocatur, & eiuſmodi, quom uero ipſi nomina impoſuiſſent, Vocetur uel dicatur,

## Differt enim a Platone Socrates alteritate

Qua homines quidem non differunt, ſed qua hic fortaſſe ambulat, ille uero ſedet,

## Et ſemper in hoc quomodo habet alteritatibus,

Hoc eſt in differentiis quæ ſunt ſecundum accidens, illud enim quomodo habet, poſuit pro eo quod dici ſolet ſecundum accidens, accidens nanque in ſolo eo quod eſt quomodo habet conſideratur,

## Quemadmodum ab homine equus differt ſpecifica differentia,

Id eſt qualitate ſpeciei expletiua, ut eſt rationalis, animal nanq; ſuſcipiens mortale rationabile facit hominem, mortale uero & irrationabile, equum, canem & id genus, cætera ratione & oratione carentia animalia, quæ differentiæ appoſitæ generibus, efficiunt ſpecies, unde & ſpecificæ dictæ,

## Differentiarum enim aliæ aliud conficiunt, aliæ uero diuerſum,

Differentiarum inquit aliæ aliud faciunt, aliæ uero diuerſum, Quæ aliud efficiunt per ſe, quæ uero diuerſum, per accidens dicuntur ac ſeperabiles, Seperabilem autem dico communemq; & propriam, propria quidem ſeperabilis in intelligentia, poſſum enim Socratem Aquilinum intelligere, uentre gracilẽ, comatum, & eiuſmodi, ac tamen Socrates manebit, Pluſq̄ uero ꝑpria ſeperari nequaq̄ poterit, neq; per ipſam mẽtis imaginationẽ eiuſmodi enim hõ ut præter rationabile & mortale intelligi nunq̄ poſſit, Omnes nanq; hoies rõnabiles, oẽs & mortales, Simũ igitur quẽpiã aquilinũ, rurſus & aqlinũ ſimũ intelligere qdẽ poterimus, nõ ſic ꝓter rõnabile & mortale hoiem, aliter .n. amplius nõ eẽt hõ. Proprias igitur atq; cões differentias ſeperabiles manifeſtum, Quom enim quis modo ſtans ſederit aut modo ſedens ſteterit, non fit ab ſe ipſo alius ſed diuerſus, Quod ipſum utriuſq; poetæ auctoritatibus comprobabitur, Noſter de monitore Hectore loquens, Sic,

Quãtum mutatus ab illo
Hectore qui redit ex uuias indutus achilli
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Græcus uero de Vliſſe, Sic, ἀλλοῖος μοι ξεῖνε φάνης νέον ἠὲ πα, Quem locum ex quinto decimo odyſſeæ pagina tertia, ne forſan & tu querendo labores ita nos tibi interpratati ſumus, ac multo āte nos uariis in locis tuus Maro. Verba ſunt Telemachi ad Vlyſſem patrem, a Pallade iam immutatum, Sic,

Hoſpes mi dudum appares diuerſus ab illo
Q ui fueras, qualis mihi nunc quātuſq; uideris?
Non eadem ueſtis, nō uultus, nō color idem,
Sed certe, o, Q uis tu cæleſti e ſanguine diuum?
Sis felix, tandenq; mei miſerere laboris,
Sis felix, Equidem ipſe tibi ſollemnia ſacra
Et ſimul ante aras ſtatuam ſollemnia dona,

Ecce Vlyſſem poeta non alium dixit, ſed diuerſum ac ſibiipſi diſſimilem, Quinetiam & ſi Aquilinus quis ſimus eē intelligatur, & contra quis ſimus aquilinus, nō ob id alius fiet, ſed diuerſus, Poterit nanq; ille idem eſſe non aquilinus,

Q uæ uero aliud efficiunt differentie ſpecificæ,

Quoniam ut diximus ſpecierum ſunt effectrices, Rationabile nanq; non diuerſum eſſe faciet hominem ab equo, Sed alium, alia uero ea dicimus que ſubſtantia ipſa differunt, uelut homo & equus,

Itaq; ſecundum eas quæ aliud efficiunt differentias fient, diuiſiones generum in ſpecies, ac diffinitiones aſſignabuntur,

Dicimus eni Animal aliud eſt rationabile, aliud irrationabile, Mortale aliud, aliud immortale, Ex qua diuiſione diffiniemns hominē Sic, Homo eſt animal rationabile mortale,

Superiora uero ut repetamus dicendum ſic, Differentiarum aliæ ſunt ſeperabiles, aliæ inſeperabiles,

Perfectiorem hoc loco diuiſionem facit a principio repetitam hoc modo, Differentiarum aliæ ſunt ſeperabiles aliæ inſeperabiles, hac diuiſione diſcernuntur cōmunes a propriis & pluſquampropriis, rurſus, Differentiarum aliæ aliud efficiunt, aliæ diuerſum, hac diſcernuntur pluſquampropriæ a propriis & cōmunibus, Ex huiuſmodi uero differentiarum diſtinctionibus fient iugationes ſex, Seperabilis & inſeperabilis, Diuerſum efficiēs et aliud efficiens, Seperabilis & diuerſum efficiens, Seperabilis & aliud efficiens, inſeperabilis & diuerſum efficiens, Inſeperabilis & aliud efficiens, Quarum non conſtitutiuæ ſunt ſeperabilis & inſeperabilis, Diuerſum efficiens & aliud efficiens, item ſepabilis et aliud efficiens, ut quæ nil quicquam conſtituant, Conſtitutiuæ ſunt reliquæ tres, Seperabilis & diuerſum efficiens, Que & comunis dicitur, Inſeperabilis et diuerſum efficiens, Propria, Inſeperabilis et aliud efficiens, Plnſquam propria, Hoc modo

Separabilis et inſeparabilis
Diuerſum efficiens et aliud efficiens — Non conſtitutiuæ
Comunis — Seperabilis et diuerſum efficiens
Seperabilis & aliud efficiēs,
Propria — Inſeperabilis et diuerſum efficiens — Conſtitutiuæ
Pluſq̄ ̄ppria — Inſeperabilis et aliud efficiens

Seperabiles ergo ac ſubiectam rem diuerſam efficientes, ut Sedere ſtare deambulare et eiuſmodi dicuntur eē comunes, Inſeperabiles ac diuerſam rem ſubiectam efficientes, ut Simitas aquilinitas & eiuſmodi, propriæ, Inſeperabiles atq; aliud efficentes, ut rationabile irrationabile mortale & immortale, Pluſquam propriæ, Illa aūt iugatio ſeperabilis & aliud efficiens, non conſtitutiua ideo facta eſt, quod rationabile per ſe ineſſet homini, Quatenus enim homo, homo omnis rōnabilis, At uero Stare, ſedere, nigrum, album, aquilinū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ac ſimum eſſe, non per ſe, ſed p accidens inhærebit, Nunquam enim quatenus homo, dicetur quis albus, niger, ſimus, uel quid eiuſmodi aliud, Sic nanq; oporteret omnes homines & nigros & aquilinos eē, & ſiquis uel ſimus uel niger eſſet, hominem nō eſſe, Quod ualde abſurdum, Quum igitur rem ex parte diuerſam efficiat huiuſmodi iugatio ſeperabilis ſcilicet atq; aliud efficiens, Haud irrationabiliter quidem inter non conſtitutiuas eam annumerauimus,

**Que igitur per ſe alicui cōpetunt in ſubſtātiæ ſermone ſuſcipiuntur,**

In ſermone ſubſtantiæ hoc eſt declarante rei ipſius naturam, ſcilicet in diffinitione, que ex genere fit & conſtitutiuis ſiue ſpecificis differentiis

**Non ſuſcipiunt magis & minus,**

Hoc quoq; frater ex philebo, nō enim dicetur magis minuſue mortalis, aut minus magiſue rationis particeps alius alio, pueruli quidem & ſi ab orgāo impediantur ad rationis effectus ſuſcipiendos, ſunt tamen & ipſi rōnabiles, Intelligendum eſt autem illa ſuſcipere magis ac minus, que in eodem exiſtunt ſubiecto contraria, inuicemq; admiſcentur, ut albū nigro, nigrum albo, alicubi magis, alicubi minus, In ſubſtantiis uero id nequaquā accidere, ut magis ac minus ineſſe in ipſis poſſit, quoniam neq; contrarium quicquam eſt ſubſtantiæ, neq; rationabile & irrationabile in eadem ſubiecta materia conſiſtent, Quod ſi diceret quis, cur ergo Ariſtoteles in Prædicamētis dixit, Subſtantiam eē & primo & principaliter & maxime dictam, Dicens enim maxime, magis ac minus eam ſuſcipere ſignificauit, Reſpondebimus primum quidem, Sic locutum Ariſtotelem ad noſtram cognitionem reſpexiſſe, Primāq; & maximam ab eo dictam, Indiuiduam, quod a nobis prius comprehenderetur cognoſcereturq; magis, Ex ea enim & tempore & ſcientia adaucti, proficiſcimur ad ſecundam, hanc que fit per genera & ſpecies, Deinde, Si collocare quiſpiam uellet in ſubſtantiis, magis ac minus, nō erit in iis ſubſtantiis quæ habēt latitudinem, Quippe quoniam homo non magis homo magiſq; & rationabilis homine, neq; magis animal, boue equus aut hiſce homo, Sed in his ſolum quæ altitudinem, Quando ſuperna īfernis ſemp & ītegriora & meliora, uerbi gratia Sic, Ratiōabile ipm magis qdē erit ī mēte, In anima minus, magis adhuc in dæmonibus, minus ī cæleſtibus corpibus, Sūt nanque & ipſa animantia rationabilia, Magiſq; in hiſce q̄ in nobis, Item ſubſtantia magis in animali quam in homine, Animal autem magis in homine quam in Socrate, quoniam non continenter Subſtantia ineſt Socrati, ſed intermedio animali, Permanifeſtum ergo id ipſum magis, magis ſuſcipi ab iis que continenter aliquid ſuſcipiunt, q̄ que poſteriora ſunt & intermediata, Pulcre igitur dictum magis ac minus nō ſuſcipi niſi ab iis que habent latitudinem,

**Quæ uero per accidens ſunt, & ſi inſeperabiles, intenſionem tamen remiſſionemq; ſuſcipiunt,**

Intenſionem ac remiſſionem, hoc eſt magis & minus, Hec autem nomina per tranſlationem ſunt a chordis ſumpta, quæ illic in cithara intenſæ conſtrepunt uehemētius, emiſſæ uero languidius, Vehementem igitur rei comprænhenſionem uocarunt philoſophi, intenſionē, minorē uero, remiſſionē,

**Atq; hæ ſunt quæ unius cuiuſq; rei rationem complent differentiæ,**

Quæ perficiunt ſubſtantiam perficiunt & diffinitionem, Diffinitiones autem eiuſdē rei eædem ſunt ſemp ut hec, Homo eſt animal rōnabile mortale, ſemper enim identidem id erit, neq; intenſionem remiſſionemue ſuſcipiet unquam, ut dicatur eſſe non eſſe, magis minuſue animal rationabile homo, VEL COLORARI, Hoc eſt album uel nigrum fieri,

**Intenditur ac remittitur,**

Eſt enī aliud alio albius nigriuſq;,

**Tres igitur quū ſint differentiarum ſpēs, harum aliæ ſeperabiles, aliæ inſeperabiles, Inſeperabiliumq; aliæ per ſe, aliæ uero per accidens,**

Rationabiliter quidem haſce Porphyrius neglexit docere, demonſtraturus que ad Diuiſiuam, Diffinitiuāq; rationem pertinerent, Dicit igitur ſic, Specificarum differentiarum aliæ ſunt Conſtitutiue, aliæ uero diuiſiuæ, non aliæ atq; aliæ, Sed eædem, Ali/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cubi enim fiunt diuiſiuæ, alicubi conſtitutiuæ, Aliter atque aliter ſumptæ hoc modo, Rationabile & irrationabile, Mortale & immortale, Animalis ſunt differentiæ diuiſiuæ, animal nanq; in ea ipſa diuiditur, Quod ſi que adiungi poſſunt ſimul capiantur, ſcilicet rationabile & mortale fient conſtitutiuæ hominis differentiæ, conſtituitur nanque ex iis hominum natura, Ac manifeſtum quidem diuiſiuas differentias, ad diuiſiuam ratioñe quã maxime pertinere, Conſtitutiuas uero ad diffinitiuã, quãdo nec genera in ſpecies diuidi, neq; diffinitiones tradi aliter quam per eas poſſunt, Intelligendum ẽ autem ex his ſimul adiugatis, Rationabili ſcilicet & irrationabili, Mortali & inmortali, quatuor effici poſſe iugationes, quarum tres erunt conſiſtentes, Inconſiſtens una, hoc modo,

Rationabile mortale
Rationabile immortale
Irrationabile mortale
Irrationabile immortale

Ecce ut tres conſiſtant, Rationabile mortale, homo, Rationabile ĩmortale. dæmon Irrationabile mortale, equus, Neq; uero amplius quicquam erit irrationabile immortale, q̃q̃ ↄtrarium ſentire uideatur Poeta, quom ait, Αθανατ κακ εστι, Quem locum ex duodecimo odyſſeæ ita tibi interprætabimur, Verba ſunt circes ad Vlyſſem de Scylla, quam ſe debellaturum comminabatur Sic.

Vix ea fatus eram, Reſpondit diua dearum,
Ah miſer infœlix, etiam nũ bellica facta
Immenſuſq; labor curæ tibi? Pone furorem,
Illa quidem nõ eſt mortalis, at improbum & atrox
Immortale genus, bello inſuperabile monſtrum
Non quiſquam ferro, non quiſquam uiribus ullis
Illius imperium fugere aut uitare ualebit,

Si igitur quæratur, Sit nec ne irrationabile aliquod ĩmortale, Opinati q̃ſi ſunt nõnulli infimum quoddam genus eſſe irrationabilium dæmoniorum, Nonnulli contra peruegarint, Quod immortale eſt obiicientes, id rationabile oĩo eſſe oportere, Deueniendum erit ad ſubſtantiam, atq; illic ſi uerum erit, adiuenietur, modo quo ſuperius, Sic. Animans & inanimum, Senſibile & inſenſibile, Fientq; ex his iugationes conſiſtentes tres, inconſiſtens una, hoc modo.

Animans ſenſibile
Animans inſenſibile
Inanimũ ſenſibile
Inanimũ Inſenſibile,

Animãs ſenſibile eſt Brutum, Animãs inſenſibile, Planta, inaĩum ĩſenſibile, Lapis, inanimũ uero ac ſenſibile nihil, Quicquid enim ſenſum habet, multo magis & animam, ubicunq; etenim uitalis anima, non omnino & ſenſitiua, at ubi ſenſitiua, illic omnino erit & uitalis, Non erit igitur ex irrationabili & immortali ſuperior illa iugatio, conſiſtens, Num ergo Ammoni & totius Philoſophiæ parens mentietur Homerus? Periculoſa nimium Frater eſt omnis interprætatio, ubi uerborum uis aut neſcitur aut diſſimulatur, ubi aliam qui ſcripſit, Qui interprætatur aliam eiuſdem uerbi ſignificationem acceperint facile enim ſi ei rei prouiſum non fuerit, & nos met in errorem trudemus & alios, λογικον igitur græci quom dixere, id intelligi uoluerunt quod rationis & orationis, Vtrunq; enim λογος, particeps eſſet, Noſtri unico uerbo quom id uellent, relicta altera parte ſignificationis, rationabile, Αλογον uero contra quod ratione & oratione prorſus careret nos id nunc irrationabile, olim noſtri Mutum & Brutum, ut mutum eſſet orationi oppoſitum, Brutum uero, rationi, Eſto itaq; hec horum uerborum proprietas, Vt quom Rationabile dicimus λογικον intelligatur, rationis et orationis particeps, Quom uero irrationabile, Quod illorum ſit expers, Nouam quandam Animalis diuiſionem efficiemus Homericam ac de cœlo petitam, Hoc modo, Animal, Mortale et ĩmortale Mortale rurſus et immortale, Rationabile, et Irrationabile, Rurſus Mortale rationabile et immortale rationabile, Bonũ aliđ aliud malum, Mortale rationabile, homo, Mortale irrationabile, equus, Immortale rationabile, Dæmon, Immortale irrationabile Scylla caribdis, Mortale rõnabile bonũ, Socrates, Mortale rationabile malũ, Melitus, Immortale rõabile bonũ, Eudæmon, ĩmortale rõabile malũ, Cacodæmõ, Eudæmonũ

autem alii ſunt qui noſtras actiones moderantur, Qualis fuit in ſocrate, Alii qui quod bonum malumue futurum ex aliqua re eſt prænnuciant, dici ob id græco uocabulo αγγελοι Qualis in Fratre tuo, Cacodæmonum uero alii qui humanas actiones præcipitāt, quos uulgo diabolos uocant qualis fortaſſe in Melito, Alii qui quibus caueri amplius non poteſt iam iam futura mala denūciant, Qualis qui a Caſſio noctu Athenis pauloante exicium uiſus eſt, triſtes ſemper atq; infœlices nuncii, Hoc modo




Dicerem tibi atq; affirmarem, Qui dextra occurrant, Qui ſiniſtra, Qui quibus numeris utantur, Si mihi id exploratum ſatis eſſet, nam quum aliquando pernotaſſem, Mutare deinceps rurſus ac rurſus ſoliti ſunt oīa, ut plane dignorim, nolle eos rationes ſuas teneri, Sed quid mihi potius futurorum præſenſio, q̄ diſciplinæ ingratus tamen ne ſim, nam dudum neſcio quid mihi minantur, Sacra quoque debebo, qui me participē diuinitatis eſſe uoluerunt, Qui me maximis multiſq; rerum periculis ſoſpitarunt, Quorum munus eſt, & quod uiuo & quod nomen quantulumcunq; gero. Sed ad rem,

**Verum hæ quæ ſunt generum diuiſiuæ, ſunt & ſpērum conſtitutiuæ,**

Quemadmodū in ſupradictis, ſunt aliqua ſolūmodo genera, aliqua ſolūmodo ſpecies, aliqua & genera & ſpecies, Sic & in differentiis, Specificarum enim differētiarum aliæ ſunt tantūmodo diuiſiuæ, ut quæ ſunt generaliſſimorum generum, aliæ tantummodo conſtitutiuæ, ut quæ ſpecialiſſimarum ſunt ſpecierum, aliæ & diuiſiuæ & conſtitutiuæ, ut quæ ſunt ſubalternorum, Subſtātiæ, itaq; differentiæ ſcilicet Corporeum et incorporeū, diuiſiuæ ſolūmodo dicuntur ac nullo pacto conſtitutiuæ, Hominis uero, ut eſt rationabile mortale, Conſtitutiuæ non autem et diuiſiuæ, Mediorum autem uidelicet animalis, Mortale et immortale ratiōabile et irrationabile, et ꝯſtitutiuæ ſunt et diuiſiuæ, habent nāq; ſupra ſe aliqd ſupraueniens, Contrariæ igitur differentiæ, generū ſunt diuiſiuæ, ut animalis mortale & īmortale, Rationabile et irrationabile, Subalternæ autem conſtitutiuæ ſpecierum, ut rōnabile mortale hoīs, Rationabile et īmortale dæmonū, Irrationabile et mortale equi,

**Irrationabile uero & mortale differentiæ brutorum animalium,**

Obmiſit autem Porphyrius irrationabile īmortale, Nam qd indignius Philoſopho q̄ putare, imo ne meminiſſe quidem uelle, hec que uulgo iſti fabulantur ad populum, Irrationabiles eſſe quoſdam, ut aiunt, diabolos, Cælo olim exules ob ſuperbiam factos, In inferioribus terræ uiſceribus, Ad ulciſcendas eorum qui male uixerint animas tāquam ad metallum perpetuo dānatos, Vinctoſq; ferreis cathenis teneri, Interdum etiam ad nos ueluti

Poetarum Eumenidas aſſilire,& eiuſmodi, Territamentis nutricum quom infantes flere uetant perq̄ Simılima, Quā opinionē Frater,ne forte heſternam aut uulgarem credas, in Aegypto quondam olim centies millibus annorum in Myſteriis habitam, Hebræus Moſes & Pherecides ſyrus docuere,& Plato ipſe ut quod Vulgo ad bene uiuēdum maxime conferret, minime repudiauit,

**Atq; iis maxime opus eſt, tum ad generum diuiſiones,tum ad diffinitiones ſpecierum, non autem iis quas per accidens & ſeperari & non ſeperari poſſe diximus,**

Aduertendum hoc loco quum dicat huiuſmodi differentiis maxime opus eē ad diffini iones,oſtendere, In accidentium diffinitionibus uoces debere eſſe ſubſtātiales, Semper enim ex ſubſtantialibus uocibus fieri ſolent diffinitiōes,ut hoc. Album eſt color qui pci pue diſcernitur a uiſu,appoſuit autem illud maxime, quoniam plerūque humana imbecillitate labantes,aſſumere ſolemus diffinitiones non ex differentiis ipſis,ſed ex accidentibus, ut quom dicimus, Coruum eſſe nigrum, Cycnum album, Equum hinnibile aīal, propriū ſubſtātiale pro ſubſtātiali ipſa differētia ſuſcipiētes, quū difficile eam fuiſſet inuenire,

**Differentiam uero ipſam diffinientes dicemus, eam eſſe qua ſpecies excedit genus,**

Enumeraturus differentiæ ſignificatiōes,dicturuſq; de qua ſit apud philoſophos ſermo, hanc prius deſcriptionem aſſignat, Differentia eſt qua ſpecies excedit genus,ut hoc, homo eſt animal rationabile mortale,hic enim per rationabile mortale,pluris eſt homo q̄ animal, Dubitat autem ex hac diffinitione Porphyrius dubitationem,quam tamen ipſe ſoluit,aſſumens duo manifeſta quedā αξιωματα ſic a peripateticis uocata,qđ ex ſe ſe dignam probationem facere uideantur, Cicero per excellentiam enunciationes dixit, Nonnulli ueras ac maximas propoſitiones,huiuſmodi,Primum hoc, Ex nullatenus uſq̄ exiſtente fieri nihil poſſe, Abacus enim fieri nunq̄ potuiſſet,niſi ex quo confectus eſt,lignum prius extitiſſet, Item domus, niſi ex quibus ædificaretur cementa prius extitiſſent, ex cementis quidem nunq̄ fuiſſet conſtructa, Alterum hoc. Contraria in una eademq; ſubiecta materia ſemel eſſe non poſſe, Omnia enim inter ſe contraria ſibi inuicem exitioſa, Hiſce præpoſitis,exurgit dubitatio in hunc modum, Diferentiæ uel præexiſtentes ex genere in ſpecies fient, Vel ex nullatenus uſq̄ exiſtente, Atqui utrunq; abſonum, Nam ſi in generibus tanq̄ corporibus differentiæ extiterint, inerunt ſimul in eodem ſubiecto contraria, ſcilicet mortale immortale,rationabile irrationabile,Sin uero non extiterint,unde igitur fient differentiæ in ſpeciebus? niſi forte ex nullatenus uſq̄ exiſtente aliquod fieri poſſe dixeris,neq; uero ex aliquo alio eſſe dicentur,quum inter genera ac ſpecies intermedium aliud nihil ſit q̄ differentiæ, Eſt igitur huiuſmodi dubitatio non leuis,quam tamen Porphyrius ipſe Peripatetice ſoluens,dicit contraria in eodem ſimul ſubiecto ſemel eſſe,actu quidem non poſſe,potentia uero nihil quicq̄ prohibere, Que res ut planius intelligatur,dicemus ſic. Aliud eſt potentia quid eſſe,aliud actu, Potentia id eſſe dicitur,quod eſt imp fectum,neq; dum in actionem deductum,idoneum tamen ſe habens ut actu ſiet,uerbi cauſa. Puer potentia eſt grammaticus,quippe qui grammaticus eſſe poterit, Ac frigida aqua potentia eſt calida,poterit enim effici calida,idq; eſt eſſe potentia, Actu uero dicetur grammaticus is qui eam ſcientiam ſit perfecte conſecutus,quiq; grammaticam ipſam edocet, Similiter & aqua dicetur actu calida que perfecte calorem bulliens ſuſceperit, Dicit itaq;,que contraria ſunt frigidum uidelicet ac calidum alicui ſimul actu adeſſe quidem non poſſe,potentia uero quin ſimul inſint in eodem ſubiecto,nihil prohibere, Vt enim tepeſcens aqua,neq; calida eſt neq; frigida actu, Potentia uero utrunq;. Atq; infans potentia & uirtutem habet & uicium, Ita etiam Vna queque ſubiecta materia , poterit in ſe potentia ſemel habere plura contraria, Conſequenterq; & ipſum quod materiæ rationem ſuſcipit genus,habere in ſe omnes ſimul poterit contrarias differentias, Item in uno eodēq; ſubiecto qn plura ꝯtraria eſſe poſſint,nihil ꝓhibet,aliud enī erit potētia, aliud actu, Actu quidē quod frigidū eſt,dicetur potentia calidū,nā ſuapte natura idoneū ut trāſmutari poſſit in calidum. Hoc autem non intelligatur in iis,que alterius tantūmodo ſunt ſuſceptiua,qualis eſt cryſtallus,que quum frigida ſit,nunq̄ caleſiet, Et ignis qui nunq̄ admittet frigiditatem, Sed in iis que utrūq; admittunt, quales aer & aqua, Potentia igitur

poſſunt contrariæ res in eodem ſubiecto ſimul ineſſe, Niſi enim contraria duo admi/
ſerit potentia, nunq̃ & actu ſubiectum ipſum tranſmutari in utrunq; poſſet, tranſmuta/
tur autem ideo, qñ admittit, Dicit igitur, genera habere contrarias differẽtias potentia,
Neq; tamen dici debere ex eo quod nullatenus uſq̃ ſit fieri, aut in eodem ſubiecto ꝯtraria
eſſe, Huiuſmodi autem ſolutione que Peripateticorum eſt, ideo Platonicus uſus eſt
Porphyrius, quia quum que ad Ariſtotelis prædicamenta pertinerent, ſcripturum ſe pro/
poſuiſſet, interdum etiam Peripateticum agit, Intelligendum eſt autem Platonicos
huic ſolutioni contrarios, ut qui actu uelint differentias ineſſe generibus, ac non potentia,
Dicantq; nihil ambigendum, quin differentiæ hæ Rationabile irrationabile, Mortale &
immortale, actu inſint generibus, In quo demonſtrando ſolẽt ratiocinari ſic. Ac primum
quidem non inquiunt, eſſe contrarium mortali immortale, & irrationabili rationabile,
quod ita probant. Contraria omnia ſe ſe inuicem corrumpunt, Atqui hec non modo
non corrumpunt ſe, ſed inuicem ſe ſe ſubſtinent, igitur non contraria, Rationabile qui/
dem immortale deus, ſubſtinet rationabile mortale hominem, & irrationabile mortale
equum, Rationabile mortale homo, curam habet irrationabilium, Dæmones immor/
tales mortalium ſunt cuſtodes & quaſi gubernatores, Non igitur rationabile & irratio/
nabile mortale & immortale ſunt inter ſe contraria. Si non contraria, prohibebit nihil,
quin ſimul ineſſe poſſint generibus, modo quo appetitiuæ animorum uires, ira, ꝯcupiſcen
tia, ſenſuumq; motus, & Rationalis uita, in eodem animali homine ſimul conſiderantur,

Dicunt deinde, ſint licet inter ſe contraria, non tamen abſurdum, quin & actu in eodem
genere inſint, quippe quum non in ſubiecta aliqua materia corporea conſiderentur, ſed
que prorſus corpore uacat, quum uero genus corpore uacans ſit, quid prohibebit, quo mi/
nus in ſe ſe contraria ſuſcipiat? Erunt igitur in eodem genere ꝯtraria, Quod.n. in ſub
iecto corpore duo contraria ſimul eſſe non poſſunt, fit quoniam neceſſe erat ambo in eau/
dem ſubiecti rationem tranſire, & utrunq; unius eiuſdem corporis particeps eſſe, particula/
re autem corpus nullum que ſe inuicem corrumpunt contraria admittit, At uero in iis
que corporibus uacant non ita, habet enim in iis natura contrariorum omnium rationem
quemadmodum oculus albi & nigri, Anima boni & mali, Corpus frigidi & calidi, ſiqui/
dem una atq; eadẽ eſt ratio contrariorum, Nihil ergo inconueniens fateri, actu ineſſe
generibus differẽtias, Patebit autem id manifeſtius exemplo ſic. Abacus hic Pluteuſue,

Triangularis quadrangularis & rotundus ſemel fieri iccirco non poteſt, quia confunde/
rentur figuræ, Verum non ſic in anima, in qua quum inconfuſe permaneant inſintq; om
nia, nihil prohibebit, ut hic idem Pluteus & triangularis & rotundus eſſe non poſſit, poſſu/
mus nãq; eũ ipſum incõfuſe & triãgularẽ & rotũdũ & q̃drangularẽ, imaginari, Poſſunt igi
tur in his que corporibus uacant, Contraria ſimul ineſſe actu, Argumentantur præte
rea ſic, Si potentia inſunt generibus differẽtiæ, quid nam id erit, quod facit eas actu ineſſe
ſpeciebus? Quicquid certe potentia aliquid eſt, deducitur in actum, per id quod eſt eiuſ/
dem rationis, Verbi cauſa, Aqueus humor frigidus, potentia tamen calidus, Calidus
quidem actu fieri nullo modo poterit, niſi per ignem, qui actu eſt calidus, Et puer po/
tentia grammaticus, grammaticus actu fieri non poterit, niſi per eum qui actu eſt gramma
ticus, Si ita ꝓ potentia inſunt generibus differentiæ, adducunturq; in actum, Egebunt cer
te ad id alicuius alterius, qui actu habeat differentias. Atqui nihil eſt aliud præter hec,

Nõ inſunt igitur potẽtia gñibus differentiæ, Itẽ quodcunq; potentia aliquid ineſt, iper/
fectum, quodcunq; uero actu perfectum, Si igitur genera in ſe continerent differentias
potẽtia, ſpecieſq; actu, erũt quidem ſpecialiſſima generaliſſimis & perfectiora & digniora,
quod ualde abſurdum, Erunt nanq; cauſarum fætus, perfectiores cauſis, Neceſſarium
eſt igitur differentias ineſſe generibus actu, ac non potentia, Abiiciendum ne ergo eſt
Peripateticorũ ſermo? minime. Nã quũ tria ſint, ut ſæpe dictũ eſt, genera, Platonici de iis
loquebantur, que ante multa uocari diximus, In quibus quãdo corporibus uacant, quum
rerum omnium rationes actu inſint, Nihil prohibebit, quin ſimiliter & differentiæ, Peri
patetici uero non niſi naturaliter de iis que in multis, Intelligendum eſt autem ſemper
ab uniuerſalibus ad particularia proficiſci naturam, hecq; illis priora eſſe potentia, Ex
immiſſo uerbi gratia ſemine humano fit ut aiunt medici caruncula primum in matrice,

Ea autẽ corpus eſt, Corpuſq; eſt uniuerſale, Corpus itaq; actu, Animans uero poten
tia, nondum enim animans, Vbi uero nutritionem augmẽtumq; ſuſceperit, actu quidem
dicetur animans, potentia uero animal, Vbi ſenſibus mouebitur, actu aial, potẽtia rõnabile

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Vbi rõnis atq; orõnis pticeps factũ, actu erit rõnabile. Potẽtia uero grãmaticũ. Ecce ut in generibus que ſunt in multis, ineſſe potẽtia poſſint dr̃iæ, Ac pulcherrime qdẽ ita Ariſtotelici,

Quorum ſolutione haud irrationabiliter uſus eſt Porphyrius, Peripateticum ut diximus hoc loco agens, potius q̃ Academicũ, Verumenimuero, quandoquidem eas ipſas quinq; uoces incorporeas diximus, abſq; ulla demonſtatione, Nunc age demonſtremus, Hoc modo. Corpus nunq̃ quo modo in maiori, ita & in minori conſideratur, Sed aliter in elephante aliter in formica, At uoces conſiderantur, Item, Corpus corpori quom additur, adaugetur id ſemper quod ſuſcipit additionem, At genus ſpecies ac reliquæ uoces, Socrati ſi adiiciantur: nihilo plus excreſcet Socrates, Item, Nunq̃ idẽ corpus ſemel in pluribus cõſiderabitur, ſimile licet, non idẽ, alius.n.q in Ciceronis facie tuber, ab illo qui eſt in facie Varronis, ſimilis licet, alius tamẽ, At genera & ſpecies cõſiderantur, Itẽ Nunq̃ corpora diuiſa, & ſpeciem & quantitatẽ ꝯſeruant eandem, Victoriatus quidem nũmus ſi diuidatur, & ſpecie & pondere uictoriati priuabitur, At genera & ſpecies ſeruabunt, Itẽ,

Omne corpus ex materia cõponitur & ex forma, At genus & ſpecies, nequaq̃. Nunq̃.n. ſpecies ex ſpecie ꝯponetur, Incorporeæ igitur ſunt quinq; uoces, HACTENVS, Que in toto hoc opere interpratando dicenda oportuit, omnia iã ni fallor, late cõplexi ſumus,

Dictionem deinceps ipſam tantũmodo declaremus, legamus itaq; eam, ac ſicubi quid explicationis indigens interciderit, non diſſimulabimus,

Incorporeas eſſe quinq; uoces

## Animal enim neq; nihil horum eſt,

Particeps ſubaudiendum, uel quid tale, perinde ac ſi dixiſſet, Animal utrunq; ſuſcipit niſi eni rõnabile mortale ſuſcipiãtur ab aĩali, Vnde ea ſuſcipe poſſet ſpecies nõ haberet, NEQVE OMNES OPPOSITAS, qm̃ ꝯtraria ſimul ieſſẽt, SED VTI EXISTIMANT Platonicus Porphyrius Ariſtotelica pertractans, quum non ſatis recte, que ſibi uiderentur dicere potuiſſet, uti exiſtimant inquit Peripatetici, Ac pulcherrime qdem ii, quũ tantum naturaliter loquãtur, priora autumãt uniuerſalibus pticularia, ꝓcedere ex potentia in actũ,

## Diffiniunt autem eam hoc modo,

Perfectam differentiæ deſcriptionem tradit, ex ipſarum uocum diuiſione ſuſceptam.

## Quum enim res ex materia & forma conſiſtant,

Aſſignat cãm q̃re genus in eo q̃d eſt, ac dr̃ia in hoc quale quid ſit prædicẽtur, Hoc mõ,

Res omnes uel proprie ex materia & forma cõſtant, Vel proportionabilem materiæ ac formæ rationem habent, quæ proprie ex materia & forma conſtant, naturales, ut homo, equus, quæ proportionabilem iis rationem habent, artificiales, ut effictus a Lyſippo Alexander, Buccephalus, In naturalibus igitur rebus neceſſario ineſt & materia & forma,

Materia autem quã primam appellãt, id eſt quod dixere chaos, rudis indigeſtaq; moles nec quicq̃ niſi pondus iners, Forma uero ea que ei ingenita eſt ſpecies, rerũ omniũ quæ illic fiunt exornatrix, In Artificialibus uero, materiam quod & ſubiectũ dicitur, uocant æs, quom uidelicet ex eo fit ſtatua, Formã uero ſpeciem eam quam ex informatione ſuſcepit, Hic uero non proprie æs eſt materia ſtatuæ, aut forma, proprie forma eius qui effictus eſt, Sed proportionabilis propriæ id eſt naturali, Ars enim imitatrix eſt naturæ, non autem æmula, Sed quur ſubiecta naturalibus una illa tantum materia? quia quum inuicem tranſmutentur oĩa, Eiuſmodi nunq̃ futura erat trãſmutatio, niſi certa q̃dam & communis oĩbus materia ſubiecta fuiſſet, Fit quidem ex terra aqua, ex aqua aer, ex aere ignis, Ex ea materia que ſuſcipit humiditatem & frigiditatem aqua, Ex ea que frigiditatem & ſiccitatem, aer, ex ea que ſiccitatem & caliditatem, ignis. Similiter, Ex ære fit argentum ex argento aurum, Cuius quidem rei rationem ſecutum, ut pleriq; me fateor, nondum tamen conſecutum, ut noſter Antonius Barbatus, Idq; ideo quoniam una eadem omnibus eſt ſubiecta materia, Fiet igitur ex lebete ſtatua, Ligneus uero abacus nunq̃, nunq̃ enim que unius generis ſunt, in alterius tranſmutabuntur, Patet ergo quemadmodum naturales res omnes ex proprie materia conſtent ac forma, Et cur neceſſario una ſit omnibus eadem ſubiecta materia,

## Habet quidem materiæ rationem genus, differentiæ uero ſpeciei,

Quemadmodum enim nihil inter ſe differunt, quatenus ex ære ſunt lebetes, Sic quatenus animalia, nihil a nobis different equi canes & id genus cætera, Different autem per differentias, Rationis quidem nos & orationis participes, illi uero expertes, Quum itaq; materia ipſa det rebus ſubſtãtiam, ſpecies uero qualitatem, Rationabiliter quidẽ genus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſimilem materiæ rationem habens, in hoc quid eſt, differentia uero, formæ, in hoc quale quid eſt pdicatur, ET COMMVNIS ET SPECIFICVS, uniuerſalis & ſingłaris,

**Deſcribūt āt & ſic, dría ē id qđ ſuapte natura ſeiūgit q̃ ſub eodē gn̄e collocāt**
ut rōnabile hominem ab equo, mortale a diis,

**Non quodcunq; ſortitur diuiſionis rationem inquiunt eſſe differentiam,**
Vt ſedere ac ſtare, ſimum & aquilinū eē, quas cōmunes ac proprias apellatas a Porphyrio diximus, ſed tantumō pluſq̃ propriā, ut mentis ac ſcientiæ capax eſſe, que differentia ſoli cōuenit homini, non deo, quia is eſt totius mentis & ſcientiæ origo, nō & brutis, quia id eis minime eſt inatum, Scientiæ inq̃ capax non certæ alicuius ut grāmaticæ dialecticæ & eiuſmodi, Sed gn̄aliter omnium,

**Et eius quod quid ſit eſſe, & quod rei eſt pars.**
Hoc eſt ad diffinitiones, hoc enim ipm qu d ſit eē, apud Ariſtotelem, ſignificat diffinitionem, nō ſecus q̃ apud grāmaticos, Arma, bellum & Toga pacē, Neq; irrationabiliter, poſtq̃ diffinitio, uniuſcuiuſq; rei ut diximus naturam oſtendit,

**Q ue igitur pars eſt diffinitionis illud diſcernit,**
Mētis.n.& ſciētiæ capax eē, pars fuit diffinitōis, q̃ dría hoīem diſcernit ab reliqs aīalibus

**Non enim ſuapte natura aptum ad nauigandum,**
Non intelligatur hoc loco nauigare ut quom dicimus, gens inimica mihi tyrrhenum nauigat æquor, hoc eſt nauigio ſupra aquas ferri, id.n. melius fiet ab iis que rōis atq; animæ expertia ſunt, ſed nauticam exercere, ac gubernatorē eſſe, quod & ſi hominis proprium ſit, non tamen hominem ipſum plene deſignabit, Nam ſi aliter, qui minime nauigarent, non eſſent homines,

## De Proprio

POſtq̃ de dría plene locutus ē, Nūc de ꝓprio diſſerit, ac rōnabiliter hunc ordinē ſeruauit, Nam quū de ſubſtantialibus locutus hactenus fuiſſet, Neceſſario & de iis quæ ſupra ſubſtantiales ſunt fuerat hoc loco dicēdū. Verūenimuero a proprio nō ab accidenti cœpit, qm̄ tanq̃ ſpaciū id eſt inter ſubſtātialia & accidentia medium, Habet enim cōitatem cum ſubſtātialibus, qua & ſoli & omni & ſemp exiſtit, quēadmodum ſubſtantialia, Habet & cōmunitatem cum accidentibus qua ſeperari a ſubiecto poteſt per cogitationem, quēadmodum & illa, Enumerat autem ex ſuperiori Ariſtotelicæ Præceptionis forma, ſignificatiōes prius, q̃ de qua agitur, differat

Diuiditur itaq; proprium quadrifariā ſic. Proprium uel uni ſoli ineſt ſpēi uel nō ſoli, uel oi uel non oi, uel ſemp uel non ſemp, Ex qua diuiſione fiunt ſignificationes quatuor,

Prima hec, Proprium id eſt quod ſoli alicui accidit non aūt omni, ut hoiem eſſe medicum, phūm, geometram, Aſtronomū & eiuſmodi, Secūda hec. Propriū id eſt quod omni non aūt ſoli accidit ut bipedem eē, id enim non hominibus ſolū ſed & uolucribus ineſt,

Tertia hec, Propriū eſt quod & ſoli & oi, nec tamen ſemp, ſed aliquādo cōuenit, ut hominē in ſenectute caneſcere, Eſt.n. id ſolius hoīs ꝓpriū, in ſenectute ſolum, Quarta hec,

Proprium eſt quod & ſoli & omni & ſemper ineſt, ut homini riſibile, Equo hinnibile & cani latrabile, Potentia non autem actu, non etenim quamdiu homo ridet, riſibilis, ſed quatenus ſuapte natura aptus natus eſt ad ridendum, Eſt itaq; hoc proprie, Proprium, quod & ſoli & omni & ſemper īexiſtit, Quapropter iure quidem Porphyrius reliquis ommiſſis, communius proprium ſuſcipiens, eo modo quadrifariam diuiſit, Intelligēdum autem ex ſuperioribus tribus cōtrapoſitionibus unde hæ proprii ſignificationes ſuſceptæ, Soli ſcilicet non ſoli, Omni non omni, Semper nō ſemper, Si mutuo inter ſe complicentur, Plures adhuc effici iugationes, quarum conſiſtentes aliæ, aliæ inconſiſtentes, hoc pacto,

| | |
|---|---|
| Soli & omni | Non ſoli & omni |
| Soli & non omni | Non ſoli & ſemper |
| Soli & ſemper | Non ſoli & non omni |
| Soli non ſemper | Non ſoli & non ſemper |

**Huic autem ipſi ſemper inſita quattuor,**
Dicendo inſita, Potentiā innatāq; aptitudinem ſignificauit, non actionem, & ſi enim non ſemper ridemus, riſibiles tamen ſemper ſumus, Ipſum nāq; ridere potētia habemus ſemp, Apti ſiquidē nati ſumus ſemp ad ridēdum, quare nō ſemper ridentes dicimur, ſed ri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſibiles, aliud nãq; eſt ridere, aliud riſibilem eſſe, aliud hinnire aliud hinnibilẽ eſſe,

## De Accidenti,

**ACcidens autem id quod adeſt & abeſt citra ſubiecti corruptionem,**
Omnibus expeditis que ad gñis, ſpeciei, Differẽtiæ, ac Proprii rónes uiſa ſunt
ptinere, Qñ poſtremũ habuit ordinẽ accñs, Reſtat ut & de eo ipſo dicamus,
Verũenimuero intelligẽdũ non ſolita docendi ratione qua in Superioribus
& hic nunc uti, Nam quũ antea uarias primũ ſignificationes ſolitus ſit enume
rare, Deinde de qua ageretur edocere, Hic prorſus neglexit, ac ſtatim Acidentis ipſius de
ſcriptionem aggreditur, Quod factum ratione non caret, Intelligebat enim nullam eſſe
accidẽtis ſignificationẽ aliã, de q̃ Philoſophorũ, imo ne grãmaticorũ qdẽ ſermo eẽ poſſit,
Id autem adeſſe & abeſſe citra ſubiecti corruptionẽ uel ex hoc patet, quod incorporeũ,
Corporeum enim ſi eſſet, id cui adiunctum eſſet augeretur, ex quo dimotum, minueretur,
& cui accideret ſubiectum corrumperetur, Nihil autem horum eſt, Igitur incorporeum,
Item, Si corporeũ eſſet Accidens, unus certe locus plura ſemel erit corpora compræhen/
ſurus, quod fieri nullo modo poteſt, Atqui plura accidentia in uno & eodem loco
ſemel quin ſint nihil prohibet, ut in Malo odorẽ, colorem, & dulcorem, Non igitur
eſt Corporeum accidens, aliter enim, unum non poterant illa habuiſſe locum Nunquã
enim ut quando cæpimus (metroagam) Per corpora corpus innocuũ tranſire poteſt, Ea
uero quæ ſeperari poſſe dicũtur accidentia, ut ſedere ſtare calefieri frigefieri ſiue adſint, ſiue
nõ, ſubiectum non corrumpere, per ſe quidem perſpicuũ, haud q̃q̃ eget, probatiõe, Qui
etiã & que ſeperari non poſſunt, ut ſimitas aquilinitas, & nigredo ea que eſt in coruo, Abe
runt a Subiecto, nec tamen corrumpent, & ſi non actu, Cogitatione, licet enim Aquilinum
intelligas Socratem, & Ciceronem ſimum, Iidem nihilominus tamen erunt, Sed dubi/
tari a pleriſq; Solitum eſt, non omnibus conuenire Accidentibus, Deſcriptionem illam,
QVOD ADEST ET ABEST, Sed tantũmodo iis que ſeperantur, quũ quod in cor
uo atq; æthiope ineſt nigrum, Dimoueri citra corruptionẽ ſubiecti nullo mõ poſſit, Qui
bus reſponſio debuit factum ſatis, Quom diximus, & ſi non actu, cogitatione, Cogitatione
qdẽ coruus atq; æthiops eſſe albi poterũt, nec tamen corrumpentur, nam & ſi diſcerpſe/
rit quis a coruo pennas, nihilominus erit coruus, et æthiopẽ ſi mente album conceperis,
erit nihilominus homo, Non ſic autem homo ſi intelligatur non animal, hoc enim ſci/
licet eſſe animal, nullo unquam pacto uel per cogitatiõem ab homine ſeperabitur, Que
igitur non ſeperantur accidentia, ſi actu non abſint, abeſſe tamen poterũt cogitatione, So/
litum item eſt, Pleriſq; non uerum uideri illud adeſſe & abeẽ citra ſubiecti corruptionem,
Quũ febris ipſa tantopere cui acciderit animali, corrumpat, Addubitandũ aũt id fuerat nõ
in febre ſolum, ſed i nimia frigiditate, Siccitate, & humiditate, que oĩa imoderate quom
accidunt non minus corrumpunt quam febris, Dicimus itaq;, quod quemadmodum in
Chordis quom intẽduntur nimis, ac nimis remittũtur, perditur harmonia, nec tamẽ ipſæ
corrumpuntur, Ita & hic, Caliditate uel frigiditate nimia, Harmoniã uaſtari, Subiectũ uero
ipſum corpus ſaluum remanere, Non enim caliditatis uel frigiditatis ſubiectum ſimplici
ter eſt animal, ſed corpus, quod ex cõtrariis hiſce compoſitum, Frigido calido, ſicco, & hu
mido, Si nanque uno aliquo eorum conſtaret ſolo, ut belle ait Hippocrates, Homo nõ
admodum doleret, ſiquidem & unum alterum eſſet, quo ſanaretur, Sed quũ uiciſſim mo
do interſe dominentur, modo in amicicia conueniãt, non ſolum ex dictis qualitatibus cõ
ponetur, ſed etiam ex quodam alio ſubiecto, ſecundum propriam rationem qualitate ca
rentis corporis, trifariam diuiſo, in quo tamen inſit oĩs qualitas, nulla autem qualitas repu
gnat, corrumpitue id in quo inexiſtit ſubiectum, quippe quoniam & ſe ipam corrũperet
corrupto enim eo in quo inexiſtit, neceſſariũ quũ per ſe conſiſtere amplius nõ poſſit, cor/
rumpi & ipſam, Nihil uero ſe corrumpit, et qualitas hic qualitati repugnat, non autem ſu/
biecto, Non igitur id fieri poterit ut febris uel alia queuis qualitas ſubiectum corrumpat
ſuũ, Poſtquam omnia in rebus eiuſmodi ſunt, ut Suapte naturam mortem fugiant, Salutẽ
q; expetant, Sciẽdum itaq; quom ex contrariis iis quæ Corpori admiſcentur qualitatibus
abundans aliqua ſuperexceſſerit, Neceſſario totius corporis perire harmoniam, Nam
dum queq; ſubiectum, in quo ſalus poſita ſit, præripere conatur, pugnãt iter ſe, atq; alia ali
am pellit, ut qui de comuni agro concertantes ui alteri alteros de poſſeſſione deiiciunt,
Calido igitur ac frigido circa idem ſubiectum depugnãtibus, Quod a neutromagis domi
nabitur ſubiectum, id erit moderatum, Quod ab altero, Cõtrariã q̃litatẽ pdet, ipſum uero

patietur nihil,non eni poteſt ſubiectum a qualitate corrũpi , A febre igitur corũpitur qdẽ earum quæ corpori accidunt qualitatum harmonia atq; habitudo,Non autem ipſum illis ſubiectum corpus, Verũ.n.uero inſtabit fortaſſe quiſpiam aduerſus ea que diximus, Diceto;,febri ſubiectum non ſimpliciter eẽ corpus, Sed taliter iis illis qualitatibus affectum, quod uel febre uel horrore uehementer ingeneratis facile corrumpatur,Neq; uehementem aliquam caliditatem febrim eſſe, ut in candeſcẽti ferro atq; igne,ſed in corpore tantũmodo animalis,quo perdito,perdatur & febris, Huiuſmodi addubitationem ſoluamus a principio ſic, Immutationes motuſq; omnes in quatuor hiſce fiunt ꝑdicamentis,Subſtãtia,Quantitate,qualitate,atq; ubi, Que per ſubſtantiam fit immutatio,generationi obnoxia eſt & corruptioni, Generatio quidem eſt ex non Ente in ens,Corruptio ex ente i nõ ens immutatio, Que per quantitatem,augmentatio & diminutio, Que per qualitatem alteratio,Que uero per locum,commutatio, Si igitur generatio,Subſtantiarum eſt ex nõ ente in ens immutatio,Contraria huic corruptio ex ente in non ens,fortaſſe & ipſa p ſubſtantiam erit imutatio, Febris itaq; & ſi corrumpat ſubiectum,nõ tamẽ ob id dicetur Accidens,ſed per ſubſtantiam potius immutatio,ea quã uocant corruptionẽ, Generatio autẽ et corruptio alteritates quidem non ſunt, Sed ſine alteritate fieri nequaquam poſſunt,

Quando igitur moderata fient alteritate caliditas et frigiditas,quatenus non perimunt temperatam eam que in animalis corpore eſt habitudinem,accidentia dicentur,que citra Subiecti corruptionem ſeperantur, Quando uero uehementiori,ut deperimant , non dicentur per accidens amplius,ſed per Subſtantiam immutationes,Non omnis igitur febris ſubiectum perimit,Sed ea tantũmodo,que uehementior eſt atq; immoderata , hoc ẽ non que accidẽs eſt,ſed que id qđ eſt,in id quod non eſt tranſmutat, Neq; uero de Tinea caluicioq; quod capillos corrumpant,addubitandum,Non enim iis ſubiiciuntur Capilli, ſed caput,quod quidem ab eis minime leditur,

**Nigrum autem eſſe,Coruo & æthiopi inſeperabiliter accidit,**

Pulcre dixit coruo et æthiopi,ſunt nanq; multa nigra,que tamen dealbãtur,Pulcre et in ſeperabiliter,Auferri enim ab eis actu nigredo haud quaquam poteſt, Sciendum tamẽ ut dictum eſt,que inſeparabilia uocantur accidentia , Seperari conceptu poſſe,Pluſquam proprias uero differentias nunquam,Nunquam enim fieri ullo modo hoc poterit,ut extra rationabile,homo,Extra immortale deus intelligatur,

**Accidens eſt quod in eodem & ineſſe & non ineſſe poteſt,**

Aliam tradit accidentis deſcriptionem, priore diligẽtiorem multo atq; ac meliorem, Magis.n.congruit inſeperabilibus,hoc quod in eodem poteſt et ineſſe et non ineſſe, quam illud quod adeſt uel abeſt ,

**Vel quod neque genus eſt,neque differentia,neque ſpecies neque proprium ſemperque in ſubiecto ineſt,**

Alia hec eſt Accidentis deſcriptio,que tamen alicui fortaſſe uidebitur potuiſſe et reliqs aſſignari ,Ex antedictorum dimotione, hoc pacto, Genus eſt quod neq; ſpecies eſt neq; differentia neq; Proprium neque accidens,quodq; ſemper in ſubiecto ineſt, Similiter ſpecies eſt quod neq; genus eſt,neq; differentia neque proprium neque accidens, Similiter & in aliis, Non determinauit autem illas eo modo,quoniam nõ dum cognitæ erant quæ ſequebantur uoces,Nunc uero poſteaq̃ edocuit iam omnes,haud quidem irrationabiliter ita eſt accidens diffinitum, Sed quum ex illarum quattuor dimotione ſic, Accidens eſt quod neque genus eſt neq; Species,neque differentia,neq; proprium, Potuiſſet i ferri hippocentaurus hircoceruus & eiuſmodi quam plurima,Adiunxit illud quod ſemp in ſubiecto ineſt,eximens & Hircoceruum & chimæram,que quum in nullo iſint ſubiecto uix ſola mente concipiuntur, Poſtquam igitur quid eſſet Accidẽs ex eius ſuƀa diffinire nõ potuit,ex abnegatiõe deſcripſit huiuſmodi,quod neq; genus neq; ſpẽs neq; dr̃ia neq; proprium, Et tñ qđ eẽt quoquomõ ſignificauit,eo ipo Quod in ſubiecto ſemper exiſtit,

De communitate quinque uocũ,

**COmmune itaq; oibus hoc ineſt,de pluribus predicari,**

Si quiſquam alius eſt iter Platonicos admirabilis, Porphyrius Frater is eſt in hoc maxime libello,ubi ita peripateticum,quãdo id propoſitum erat,agit ,ut tamen Academicum ſe non obliuiſcatur,& ne latum ut inquiunt unguem a

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Principe Platone diſcedat, Ex Parmenide, Theeteto, Philebo, ac Sophiſta, didicerat, diligenter perueſtigandum, Sit nec ne id de quo quæreretur, Et ſi ſit, Quid qualeue ſit, Præterea unum ne an multa, Si unum identitatem ne habeat an alteritatem, hoc eſt ſibi ne ſimile in ſua ſemper ſubſtantia permaneat, an diſſimile accidentibus ſit obnoxium, Si multa, infinita ne an infinita, Si finita, quando unicum eſt rerum omnium principium, habeant ne quid commune, An quando que multa ſunt diſſimilia, eſſe oportet, quid ſibi unúquodque peculiariter Proprium, Commune autem id eſt, Quod idem pluribus competit, ut diis et hominibus rationabile, Proprium uero eſt, quod a plurium comunione disiunctum uni ſoli tribuitur, ut homini riſibile, & equo hinibile, Vnde quum in cunctis rebus quas Plurimas eſſe conſtat, hec tria conſiderantur, ουσια quam in latino Plautus Entiam nominauit, communitas ac Proprietas, Sic enim melius ut arbitror q̃ idẽtitatem & alteritatem Ammonius dixiſſet, De uocum ſubſtantia nam hoc etiam pro ουσια uſurparunt, Poſtquam plene diſſeruit, De earumdẽ cõmunitate nũc & proprietate, Primum autem unam omnibus cõmunionem aſſignat, ut unaqueq; comparari ad reliquas poſſet, Deinde quibus inter ſe conueniant, quibuſue differant, oſtendit, q̃q̃ mediocri quiuis ingenio præditus, Ex ſuperioribus facile in hanc ipſam cognitionem peruenire per ſe potuiſſet, Sed propius ad Ammonium, Sciendum eſt hoc loco inquit, Si ex pluribus quibuſcunq; inter ſe comparatis uoluerimus addiſcere, Quot fiant differentiæ, Hac nos ratiõe ad eam rem uti oportere, Dato numero aliquo ſumatur uno minor, Multiplicabimusq; in Priorem, quodq; efficietur, Partiemur bifariam, Ac totidem dicemus fieri compationes, Verbi gratia Sic. quinque ſunt uoces, Sume uno minorem, Quattuor, Multipliceſq; in priorem, Quinq;, hoc modo, Quater quinq; uiginti, Horum rurſus ſume dimidium, ac manebunt decem, Totidem igitur dicas fieri quinque uocum inter ſe comparationes, Sumitur autem uno minor numerus, Quoniam de eodem idem nihil aſſumit, Multiplicamus uero quia eorum comparationem quærimus, Effecti poſtremo numeri capimus dimidium, Quia ex multiplicato eueniret bis eadẽ cõparari, Vnaqueq; enim earũ quinque, compararetur ad reliqua quattuor, Genus ad ſpeciem, Differentiam, Proprium atque Accidens, Species ad genus & reliqua tria,

**Verum propiori quidem ratione de indiuiduis, Poſteriori & de iis que continent indiuidua,**

Neceſſariũ hoc loco præceptum tradit porphyrius, id eſt huiuſmodi, Genera & differẽtias de ſpeciebus & indiuiduis prædicari, Dicitur nanque & homo & animal rationabile Socrates, Sed de ſpeciebus proximius de indiuiduis remotius, animal enim eſt & homo & Socrates, Rationabilis eſt & homo & Socrates, Prædicantur item & propriũ & Accidẽs de ſpeciebus et indiuiduis, Riſibilis nanque albuſque eſt homo et Alcibiades, Sed principali ratione de indiuiduis, Poſteriori de ſpeciebus, Particulares deinde homines riſibiles dicuntur et albi, non eo quod uniuerſalis homo riſibilis albuſue ſit, is enim quia corpore uacat, nullo pacto poteſt eſſe eiuſmodi, Sed hoc quia ipſi tales, Vniuerſalia nanque de iis ſolum dicuntur, que ſunt in Multis ac ſuper multis ut ſæpe iam diximus,

De Generis & Differentiæ cõmunitatibus

**COmmune autem generi & differentiæ hoc, ſpecies continere,**

Poſtq̃ in uniuerſum quinque uoces comparauit oſtenditque et cõitatem et proprietatem earum, intendit nunc particulariter unam quanque reſumere, et comparationem unius cuiuſque ad reliquas facere: ac quid commune qd peculiariter proprium habeant demonſtrare, Commune autem generi & differentiæ hoc, ſpecies continere, genus comparat ad differentiam, Docetque amborum communiones, Sunt aũt huiuſmodi, Genus ac differentiam continere ſpecies, Prædicari de eiſdem, Ipſiſq; peremptis Perimi & ſpecies,

**Q uecunq; prædicantur de genere, ut genus eſt, eadem & de iis quæ illi ſub ſunt ſpeciebus prædicantur**

Quecunque inquit de Animali prædicantur, eadem & de ſpeciebus et de indiuiduis ꝓdicabuntur, de homine ſcilicet Socrate ac Platone, Similiter & i differentia, Sed nunqd poſtq̃ de Animali ꝓdicatur genus, ut quom dicimus aĩal eſt genus, propterea & de ſpecie & de indiuiduo prædicabitur? Sic quidem oportebit & Hominem dici genus & ſocratẽ,

Quunque diſſylabum ſit genus, diſſylabum eſſe & Socratem, Dicendũ eam ipſam fuiſſe cauſam, Quare communiter Porphyrius adiecerit illud, ut genus, hoc eſt ut res nõ ut habitum ſignificans, ueluti illud genus & diſſyllabum, Quecunq; igitur de animali ut animal eſt prædicantur, id enim eſt illud ut genus, eadem omnino & de ſpeciebus, & de indiuiduis prædicabuntur, Genus enim de animali non ut Animal eſt predicatur, ſed ut eius ad que ſub eo ſunt habitum oſtendit, non enim ſolummodo hominis equi ac cæterorum genus animal, ſed et color genus albi nigrique, Genus igitur de animali non ut animal eſt prædicatur, ſed ut habitum eius oſtẽdit ad que ſunt ſub eo, Itaque de ſpeciebus et indiuiduis minime prædicabitur, Illud idem quoq; erit in differentia, quecumque enim de differẽtia ut differentia eſt, ac non eius reſpectum habitumque ſignificantia prædicantur, illa eadem et de omnibus quæ ſub ea ſunt ſpeciebus indiuiduiſque prædicabuntur,

**Commune autem et hoc, Perempto uel genere uel differentia ſimul perimi & ea que ſub eis collocantur**

Duæ ſunt rationes earum rerum quæ ſuapte natura ſunt priores, Perimerere ac non perimi, Inferre et non inferri, Quas nunc et generi et differentiæ dicit eſſe communes,

De Eorundem Proprietatibus

**PRoprium autem generis eſt de pluribus quam differentia, Species Proprium atq; Accidens prædicari,**

Poſtquam expoſuit quam inter ſe ſimilitudinem habeant genus et differẽtia, Dicit nunc quas habeant diſſimilitudines, Sũt aũt hæ, Genus de pluribus quã differentiam ac reliquas uoces, prædicari, Continere potentia differentiam, nec contineri, Prius item eſſe quam differẽtiam, Genus ĩ hoc quid eſt, Differentiam ĩ hoc quale quid ẽ prædicari, Genus item unum, Differentias plures, Habere genus ſimilitudinem materiæ, Differentiam uero formæ, Intelligendũ autem hoc loco dupliciter accipi debere differentias, ut dictum eſt, Vel conſtitutiuas completiuaſque ſpecierum, Vel diuiſiuas generũ,

**Differentias autem accipere debemus eas, quibus diuiditur, non eas ex quibue conſtat genus,**

Accipere inquit debemus differentias, non conſtitutiuas, quæ ſunt ſpecierum, Sed quæ generum ſunt, Diuiſiuas, Animal enim quam hæ pluris, quam illæ uero minoris, Similiter & accidens minoris, eſt tamen quam genus pluris, Pluris, poterit enim nigrũ nõ in his ſolum que ſunt animata ſed etiam in his que inãimata ſunt accidere, Minoris, quia que ſub eodem ſunt genere accidentia minoris ſunt ſemper quam genus, Verbi gratia Nigrum quod accidit Animali quã animal minoris, ideo quia nõ omnibus idẽtidẽ ineſt aialibus,

**Item genus cõtinet differentiam potentia,**

Dictum iam eſt ſecundum peripateticos in eſſe generibus differentias potentia priores quam quæ ſub ipſis ſunt ſpecies,

**Item genus in unaqueq; ſpecie unum, ut in homine animal, Differẽtiæ uero plures, ut rõnabile mortale, mentis ac ſcientiæ capax,**

Altera hec eſt diſſimilitudo generis & differentiæ, illud quidem in unaquaque ſpecie unum, hæ uero plures,

**Et ſimile quidem genus eſt materiæ, Differentia uero formæ,**

Diximus iam id quod in multis eſt genus habere rationem quandam ſimilem materiæ, differentiam uero formæ,

**Sunt autem & aliæ generis ac differentiæ communitates proprietateſue multæ, Sed hæ ſatis,**

Aliæ inquit ſunt & comunitates & proprietates eorum, ſed hæ ſufficiant, Commune autem, eis eſt ſubſtantiale, Subſtantiale eſt genus, ſubſtantialis eſt & differentia, Comune itẽ uniuoce prædicari, Prædicatur enim de iis que ſub ſe ſunt ut genus ita & differentia, Proprium uero iis ineſt, ut dictum eſt, Genus cum alio genere nõ complicari ad aliquid, at differentias cõplicari, at ꝑ aliquid efficere, Rationabile enim cũ his, mortale uidelicet mẽtis ac ſcientiæ capax eſſe complicatum, efficit hominem,

De generis ac ſpeciei communitatibus,

**GEnus autem & ſpecies commune habent, hoc de pluribus ut dictũ eſt predicari,**

Poſtq̃ comparauit genus differentiæ, dixitq; eorum inter ſe ſimilitudinem ac diſſimilitudinem, Nunc idem comparat ſpeciei ac primum q̃ habeát cõitatem, Eſt aũt, huiuſmodi, De pluribus prædicari, Priora eſſe iis de quibus prædicantur, Eſſe unum quodámodo totum,

**Accipiatur autem ſpecies ut ſpecies,**

Pulcre illud ut ſpecies adiunctum, ne forſitã aut ſpecialiſimam ſumeres, que de pluribus non p̃dicatur, Aut ſubalternam, que tum genus tum ſpecies eſſe poteſt, Inuenitur etiam genus quod & ſi ſubalternũ, ut ſpecies accipi oportebit non ut genus, ſi ſpeciei & generis, ac nõ amborum generum comparationem facere uolueris.

**Commune item & iis eſt, Priora eſſe q̃ ea de quibus prædicantur,**

Ideo præpoſuit communitatem illam de pluribus prædicari, ut diceret hoc, priora eſſe q̃ illa de quibus prædicantur,

De Eorundem Proprietatibus,

**DIfferunt autem hoc quod genus cõtinet ſpecies, *Species cõtinẽtur* ac non continent genera,**

Quam proprietatẽ genus & ſpecies inter ſe habeát nũc oſtendit, Ea aũt huiuſmodi, genus ꝯtinere ſpẽs nec cõtineri, Priora eſſe genera q̃ ſpecies, Genera prædicari uniuoce de ſpeciebus non e contrario, Genera exuperare ſpeci es ſpeciebus, Species exuperare genera differentiis Generaliſſimum non poſſe fieri ſpecialiſſimũ, nec ſpecialiſſimũ generaliſſimum, PRAESVPPONI OPORTET Animal enim ut dictum eſt tanq̃ materia præſternitur, ſuſcipienſq; rationabile & mortale facit hominem, Item animal genus, homo autem ſpecies, PRIORA SVAPTE NATVRA SVNT GENERA, Duæ ſunt regulæ, quibus quæ ſuapte natura priora ſunt, diſcerni ſolent, Prima hec, Prius id ẽ quod pimit nec pimitur, uerbi cauſa. Animal ſi tollatur, toletur ſimul & homo, prius igitur q̃ homo animal. Secunda hec, prius id eſt quod infertur nec infert, uerbi gr̃a ex homine infertur animal, non autem ex animali homo, Secundum utranq; igitur regulam natura prius eſt q̃ ſpecies genus, Genus enim nõ infert neceſſario ſpeciem, at ſpẽs infert ſtatim genus, SPECIES GENERA EXVPERANT, Quoniam conſtitutiuas ſui differentias actu ipſo continent,

De Generis & Proprii Communitatibus,

**GEneri ãutem proprioq; commune hoc *Sequi* ſpecies.**

Poſtq̃ comparauit cum differentia & ſpecie genus, comparat nunc idem cum proprio, Dicitq; eorum communitates, Quæ ſunt huiuſmodi, Seq ſpecies Similiter uniuoce prædicari, ut de ſpeciebus genus, ita de indiuiduis proprium, Sequi autem dicitur uel quod maius eſt id quod eſt minus, ut hominem animal. Vel quod æquale eſt, id quod æquale, ut hominem riſibibile, Nam ſi homo eſt & animal & riſibile erunt,

**Commune item & uniuoce prædicari,**

Propter hanc cognationem ſupra proprium eſſe diximus tanq̃ ſpatium illud quod iter utraq; caſtra prælio relinquitur, inter ſubſtantialia ac ſupraſubſtãtialia medium, propinquius tamen ſubſtantialibus,

De Eorundem Proprietatibus,

**DIffert uero a proprio genus hoc, quod genus prius, proprium uero poſterius,**

Poſtq̃ gñis ac proprii cõitates declarauit, oſtendit nunc quas habeant ꝓprietates, Sunt autem huiuſmodi, Genus prius, propriũ poſterius, Genus de pluribus p̃dicari ſpeciebus, Propriũ de una ſola, Ex cõmutatiõe p̃dicari poſſe ꝓpriũ, Genus nequaq̃. Proprium ſuæ ſpeciei omni & ſoli & ſemper ineſſe, Genus omni & ſemper, non autem ſoli, Si interimantur ſpecies non interimi quorum ſunt ſpecies genera. At proprium interimi, Interempta eius ſi fuerit ſpecies. GENVS PRIVS, Prius intelligatur non tempore ſed natura, Propria quidem perempta non periment genera, at uero ge-

nera ſi tollantur, tollentur & ſpecies & que in ſpeciebus inſunt propria, Verbi cauſa, Peremptum ſi fuerit animal, perimetur homo, perimetur & riſibile, Haud quidem irrationabiliter, Si enim interemptis ſpeciebus interimuntur & propria, Interemptiſq; generibus interimuntur & ſpecies, Conſequitur neceſſario, ut ſi adimantur genera adimantur etiam propria,

De generis & Accidentis communitate,

**GEneri antẽ & accidẽti commune de pluribus ut dictũ eſt prædicari,**

Vnicam generi atq; accidenti aſſignat cõmunionem hanc, De pluribus prædicari, Idq; ideo quia quecunque abſunt longeq; diſiũcta ſunt, ueluti genus et accidens, plurimum inter ſe differunt, Que ita differunt, horum comunitatem fere nullam, dicere difficilimum, Proprietatem uero plurimam facillimum, Verbi cauſa Homo quid commune habeat cũ form ca, nõ niſi difficulter, Quid ſibi proprium quam promptiſſime dicemus, Contra quecunque adſunt proximeq; iuncta ſunt, horum proprietatem quam minimam inueniri difficile, Cõmunitatem uero plurimam facillime.

De eorundem proprietatibus

**DIffert uero ab accidente genus,**

Quoniam genus atq; accidens plurimum inter ſe diſtantia ſimilitudinẽ uidebãtur habere minimam, diſſimilitudinem uero quam plurimam, ideo eorum cõmunionem unam, Proprietates uero plures expoſuit, Huiuſmodi, Genus q̃ ſpẽs, Species q̃ accccidentia priores, Intenſionem remiſſionemq; ſuſcipere accidẽtia, genus nequaquam, Accidentia conſiſtere potiſſimum in indiuiduis, Indiuiduis aũt et genera et ſpecies priora, In hoc quid eſt predicari genus, In hoc quale uel quomodo quid habeat Accidens,

**Intenſionẽ eni remiſſionẽque ſuſcipit accidens in hiis quorum fit particeps,**

Homo quidem equus ac cæter rum animalium ſpecies eodem modo Animalis participes, non ſic corpora albi nigriq;, utpote quorum maius ac minus eſſe dicatur,

**GEnus igitur quemadmodum ab aliis differat iam eſt demonſtratum,**

Oſtendit hoc loco porphyrius quot fiant ut ita dicam habitudines ex comparatiõe quinque ipſarum uocum inter ſe, Sic, Non inquit fiunt huiuſmodi habitudines, ut quis capiat uiginti per bis factam comparationem uniuſcuiuſq; earũ ad reliquas quattuor, Traditq; modum quendam, Quo utamur ad inueniendas ſimiliter terminorum quorũcunq; habitudines, ſi inter ſe mutuo complicentur, hoc pacto, Multiplicare inquit, quod a nobis ſupradictum eſt, debemus, propoſitum numerum, p uno minorẽ, quinque uidelicet p quattuor, Fientq; uiginti, Huius deinde dimidium accipere, Remanebuntque decem, Ac totidem dicendum, eſſe habitudines, Cur autem id ita fieri oporteat cauſa hec, Vnaqueq; illarum quinque comparãda erat cũ reliquis quattuor, Atque iõ fecimus per quinquies quattuor uiginti, Accipimus autem iccirco dimidium, quia bis accideret eaſdem habitudines inter ſe comparari, Si enim comparatum ſit cum reliquis quattuor genus, manifeſtũ et eas ipſas comparatas cum eo, Eſt autem & alius modus, Hoc pacto, Sint propoſiti aliqui termini puta quinq;, quibus applicentur alii, Totidem certe fiẽt habitudines quot & termini, Sic, Erant quinque, Primi quidem habitudo nequaquam eſt, Si autem applicetur ei alter, una efficietur habitudo, unus nanq; dũtaxat terminus præpoſitus, Si & alter duæ, quia totidem qui præpoſiti fuerant termini, Eruntque omnes tres, Si & alter, tres, eruntque omnes ſex, Si rurſus & alter, quattuor, Eruntq; quinq; terminorum cunctæ habitudines, decem, Item & aliter, Vnũquodq; ex quinque cum reliquis comparari quattuor oportet, Genus itaq; cum reliquis quattuor comparatum, habitudines efficiet quattuor, Differentia autem cum genere comparata eſt, qñ genus cõparatũ cũ ea, cum reliquis autem efficiet habitudines tres, fientq; ſeptem, Species item cum reliquis duabus, nam cũ genere & differentia iterum non oportet, efficiet habitudines duas, eruntq; nouem, Proprium cum accidente unam, Eruntq; omnes decẽ, Accidens autẽ non amplius habebit cui comparari poſſit, iã eni cum omnibus comparatum uideri poteſt, quando ad ipſum illa comparabantur, Ac manifeſtum cunctas eas habitudines, uel quattuor eẽ, Vel tres, uel duas, uel unam, Generis quattuor, Differẽtiæ tres, Speciei duas, Proprii unam, eſſeq; prot






Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſus omnes decem, RESTAT Igitur poſtq̃. genus cũ reliquis ẽ uocibus comparatum, De Reliquarum deinceps cõmunitate ac proprietate dicamus,

De differentiæ ac ſpeciei comunitatibus

**DIfferentiæ igitur ac ſpeciei commune hoc, que ſub eis ſunt æque participantia facere,**

Duas hoc loco differentiæ ac ſpeciei communitates aſſignat, has, Que ſub ſe ſunt æque ſui participantia facere, inq; iiſdem eodem modo ſemper ineſſe,

De earundem Proprietatibus

**PRoprium quidem differentiæ eſt,**

Dixit differentiæ ac ſpeciei communitates, Nunc earundẽ proprietates, Sunt autem huiuſmodi, In hoc quale ſit differentiam, In hoc quid ſit ſpeciem p̄dicari, Differentiam conſiderari in pluribus ſpeciebus, Speciem in ſolis q̃ ſub ſe ſunt indiuiduis, Differentia ſi tollatur, tolli & ſpeciem, non econtrario, Differentiam cum differentia componi, Speciem cum ſpecie nequaquam,

**Proprium quidem differentiæ eſt in hoc quale ſit prædicari, Speciei in hoc quid ſit,**

Addubitauiſſet fortaſſe hoc loco quiſpiam, cur ſpecies in hoc quid ſit, Differentia in hoc quale ſit prædicentur? quum homo quale ſit animal dicatur, Dicimus enim, quom quid ſit Socrates? interrogamur, animal, Quale animal? hominẽ, Quare & ſpecies in hoc quale ſit prædicabitur, Cui occurrens, Speciem dicit non eſſe ſimpliciter quale, ſed quatẽus tantum particeps eſt differentiarum, hoc enim ipſum, in quid ſit prædicari, habet ſpẽs ex generibus In quale uero quid ſit, ex differentiis, uerbi cauſa, Quale aĩal homo? interrogati, reſpõdebimus ratiõabile mortale, Differẽtia igitur q̃le ipm ex ſe habet, Species uero ex differentiis,

**Item differentia cum alia componitur differentia,**

Rationabile enim cum mortali compoſitũ efficiet hominem, Equus uero cum homine, nihil, Quod ſi mulus ex eq̃ atq; aſino gñetur, nõ ex uniuerſalibus gñari dicetur ſpẽbus, ſed ex indiuiduis, Quippe qui equam conſcendit aſinus, unus eſt non plures, & que ab aſino conſcenditur equa ſimiliter non niſi una quedam, Item & ſic, quæ ſunt ad unius alicuius ſpeciei generationem differentiæ, nulla quid iuicem patitur, ſed queq; ſuam ipſius ſubſtãtiam conſeruat, ut animal rationabile mortale, mentis ac ſcientiæ capax, Que differentia ad humanæ ſpeciei generationem, permanet ſemper, Equus uero & aſinus iccirco ſuam in mulo naturam diſtincte non ſeruarunt, quia indiuidua ſunt, non ſpecies, Corruptaq; utriuſque ſubſtantia, aliud quiddam ab eorum ſpecie diuerſum factum eſt, Non igitur ſpecies cum ſpecie componetur,

De differentiæ ac Proprii communitatibus

**DIfferentia uero ac proprium commune habent, hoc, que ſub ſe ſunt æque participantia ſui facere,**

Duas dicit differentiæ ac proprii communitates, Has, Aeque ſui participantia, que ſub ſe ſunt, facere, Et quibus ſemel inſint, Ineſſe omnibus ſemper, Nõ enim Socrates rationabilis erit magis, aut magis riſibilis quam Plato, Nam ſi rationabilius aliud alio dicemus, aliud quid certe ſignificabimus, non rationalem ſcilicet Entiam, Sed animæ potius ad capeſſendas diſciplinas aptitudinem, Semper quidem rationabilis, eſt homo , Semper & riſibilis, id ipſum autem ſemper potentia non actione ut diximus intelligendum,

De eorundem proprietatibus

**PRoprium uero habent hoc,**

Totidem dicit proprietates, quod dixerat communitates, Duas uidelicet has Differentiam plures complecti ſpecies, Proprium uix ineſſe uni ſoli, Differentiam & ſi conſequatur ipſa ſpecies , non tamen prædicari, quicquid enim homo id rationabile, non autem quicquid rationabile, id homo, Propriũ uero & ſequi & prædicari, Quicquid nanque homo riſibile, Et quicquid riſibile homo,

De differentiæ atq; Accidentis communitatibus,

**DIfferentiæ atq; accidenti commune hoc de pluribus prædicari,**

Differentiæ atq; accidentis communitates ſunt hæ duæ, De pluribus prædicari, Et ineſſe ſpeciebus ſemper, Ac prima quidem & ſeperabilibus & inſeperabilibus conuenit, Secunda uero ſolis dumtaxat inſeperabilibus, Homo ſiquidem non ſedet ſemper, Coruus uero niger eſt ſemper,

De eorundem proprietatibus.

DIFFERVNT AVTEM HOC, Proprietates dñæ atq; accidentis tres, ſunt aút hmõi, Dñam continere ſpecies, nec cõtineri, Accidens quodãmõ & continere & cõtineri, Dñam neq; intendi neq; remitti, Accidens & magis & minus ſuſcipere, Contrarias differentias admiſceri non poſſe, Contraria accidentia poſſe, Continet autem differentia ſpecies, Pluris enim rationabile q̃ homo, Accidens continet & continetur, Quatenus enim nigrum non modo æthiopi, Sed & coruo & cæteris ꝯueuit, ꝯtinet, Quatenus uero alia æthiops ſuſcipere poteſt accidentia, Continetur, Illud autem quodammodo iccirco adiecit, quia proprie neq; continet neque continetur, Dña neq; intẽditur neq; remittitur, Socrates nãq; Platone ratiõabilior non erit niſi per animæ ut ſupra diximus, promptitudinem, Accidẽs magis ac minus ſuſcipit, æthiops nanq; æthiope coruus coruo nigrior, Admiſceri contrariæ differentiæ nõ poſſunt, Rationabile ſcilicet & irrationabile mortale atq; immortale, Contraria uero accidentia poſſunt, nigrum ſcilicet atq; album, Ex quorum mixtura fit ruffum,

De ſpeciei & proprii cõmunitatibus

**SPeciei autem proprioq; commune hoc, inter ſe mutuo prædicari,**

Poſtq̃ de differẽtia plene locutus eſt, Tranſit nunc ad ſpeciei ſimi litudinem ac diſſimilitudinem quam habet cum proprio atq; accidente, Quibus enĩ rebus cũ gñe ac dña conueniret differretq;, tunc dictum, quom illa huic cõparabantur, Sunt autem ſpeciei propriiq; ſimilitudines huiuſmodi duæ, Prima hec, Commutationem pati, mutuoq; inter ſe predicari, quicquid nanq; homo riſibile, & quicquid riſibile homo, ipſum autem riſibile, non actionem, ſed ridendi ut diximus aptitudinem ſignificabit. Secunda hec, Aeque participes eſſe ſpecies quorum ſunt ſpecies & propria quorum ſunt propria, æque etenim omnes rationis participes, æque omnes ſumus et riſibiles,

De eorundem proprietatibus,

d

**Iffert autem a proprio ſpecies,**

Speciei proprioq; diſſimilitudines quas hoc loco aſſignat ſunt huiuſmodi.

Speciem poſſe eſſe & aliis genus, ꝓprium niſi unius ſpeciei proprium, Speciem q̃ proprium priorem, proprium poſterius niſi in ſpecie fieri non poſſe,

Speciem actu ineſſe in ſubiecto ſemper. Proprium actu aliquando, potentia ſemper, Differre poſtremo inter ſe diffinitionibus, Differt a proprio ſpecies, ſpeciẽ intelligit ſubalternam non autem ſpecialiſſimam, ſpecies quidem & aliarum ſpecierum poteſt eſſe genus, ut Animal hominis equi, Animalis animãs, animantis corpus, Proprium niſi unius ſpeciei proprium, ut riſibile hominis, hinnibile equi, Species q̃ proprium prior, neceſſe enim hominem eſſe prius q̃ ſit riſibile, Species actu ſemper ineſt ſubiecto, ſemper quidem Socrates homo. Proprium non ſemper actu, non etenim ſemper homo ridet, Differunt inter ſe diffinitionibus, Alia nanq; ſpeciei diffinitio hec, ſpecies eſt que generi ſubiicitur ſemper, & que de pluribus differentibus numero in hoc quid ſit prædicatur, Alia proprii hec, Propriũ eſt quod & ſoli & omni & ſemp adeſt, Illud uero quorũ diffinitiones diſſimiles & ipſa eẽ diſſimilia, poterat & aliis cõuenire, gñi ſcilicet dñæ ac reliqs uocibus,

De ſpeciei atq; accidentis communitate,

**SPeciei autem atq; accidenti commune hoc, De pluribus ꝑdicari,**

Speciei atq; accidentis communionem unam hanc adducit, De pluribus prædicari, affertq; eius rei cauſam eandem quam & nos paulo ante memorauimus, Quoniam ſcilicet que longius abiunt, diſiunctaq; ſunt, rariſſimas habent ſimilitudines, diſſimilitudines uero plurimas, Contra que proximiora, diſſimilitudines pauciſſimas, ſimilitudines uero q̃ plurimas, Cõmune igitur ambobus ineſt, hoc de pluribus prædicari, ut homo de Socrate & Alcibiade, Nigrum de

æthiope coruo & eiuſmodi,

De Eorundem Proprietatibus,

PROPRIVM VERO VTRIQVE HOC, Speciei atq; accidentis quas enumerat proprietates, Huiuſmodi, Speciē in hoc quid eſt, Accidens in hoc quale quid eſt, uel in hoc quomodo habeat prædicari, Vnamquāq; ſubſtātiā ſpeciei dumtaxat unius, Accidentium uero plurimorum participem, Speciem q̃ accidens priorem, accidens q̃ ſpecies poſterius, Speciei participationē eſſe æquam, Accidentium uero minime, Accidens in hoc quale quid eſt, Vel in hoc quomodo habeat prædicatur, interrogati enim qualis eſt æthiops? reſpondere ſolemus niger, quomodo habet? ſanus eſt, uel egrotat, Species quidem et ſi in hoc quale quid eſt dicatur, a differentiis tamen ut dictum eſt id cepit, Vnaqueq; ſubſtātia ſpeciei dumtaxat unius particeps, ut Socrates humanæ, Bucephalus equinæ, accidētiū uero plurimorum, curuitatis ſcilicet nigredinis et eiuſmodi, Species prior, accidens poſterius, prius enim hominem eſſe oportet, qui futurus eſt niger, Speciei partipatio æqua, æque enim Socrates homo eſt ac plato, accidentium non æqua, quia æthiops æthiope nigrior.

De Proprii atq; Accidentis cōmunitatibus

**COmmune autē proprio et quod ſeperari non poteſt accidenti, hoc, Ea in quibus inſunt abſq; ipſis conſiſtere non poſſe**

Accedit nunc ad ſimilitudines et diſſimilitudines proprii et accidentis, Quo pacto inquiens conueniret differretq; proprium a genere differentia et ſpecie, dictum eſt tunc quom ei illa comparauimus, nunc quibus rebus conueniat, differatq; cum accidenti dicendum, Ac rationabiliter quidem adiecit illud quod ſeperari non poteſt, diſcriminans ab eo, id quod ſepatur, quod nullam cum proprio haberet communionem, Proprii igitur et quod ſeperari non poteſt accidentis communitates huiuſmodi. Ea in quibus in eſſe cōſiderantur, abſq; ipſis conſiſtere nullo modo poſſe, ut enim abſq; riſibili homo non erit, ita abſq; nigredine non erit coruus, Item, ineſſe omni et ſemper, ſemper.n.omnis homo riſibilis, ſemper et omnis coruus niger, Quod autem id quod ſeperatur accidens, nullam cum proprio communionem habeat, perſpicuum, Non enim eiuſmodi eſt, ut abſq; eo cōſiſtere non poſſit ſubiectum, aut ſubiecto ſemper inſit, quippe & ſi non ſedeat Socrates, erit tamē Socrates, Nec ſemper ſedebit Socrates, Quatenus ergo proprium & quod non ſeperatur accidens communionem eam inter ſe habent, id quod ſeperatur nihil cū proprio conueniet, quatenus differūt, differet maxime, non igitur ullam cum proprio id quod ſeperatur accidēs communionem habebit,

De eorundem proprietatibus,

**DIfferunt autem eo quod proprium uni ſoli ſpeciei ineſt,**

Quibus rebus ab Accidente eo quod non ſeperatur, Proprium differat, Sunt Huiuſmodi, Proprium uni ſoli ſpeciei ineſſe, Accidens pluribus, ut riſibile ſoli homini, nigredo æthiopi, coruo, & id genus q̃ plurimis, Proprium de eo cuius eſt proprium ex commutatione prædicari, Accidens minime quicquid enim homo riſibile, & quicquid riſibile homo, Non ſic autē, quicquid nigrū id coruus eſt, & quicquid coruus, id nigrum eſt, Proprii participationem æquam, eadem enim ratione Socrates eſt ac Plato riſibilis, Accidentium nō æquā ſuſcipere magis ac minus, Eſt nanq; æthiops æthiope, coruus coruo nigrior, ut ſæpe iam diximus, INtelligēdum eſt autem, non id dixiſſe Porphyrium, in quibus proprium atq; accidēs inexiſterent, abſq; ipſis, ea conſiſtere non poſſe, per ſe, per ſe enim ſubſtantiæ omnes ſine accidentibus pſiſterent, ſed reſpectu ipſorū, proprii ſcilicet atq; accidentis, Muſicus quidem, uerbi gratia, Socrates, Qua Socrates, abſq; eo quod muſicus ſit, Socrates erit, Qua uero muſicus, niſi muſicus ſit, Nullo quidem pacto Socrates erit.

**Habes igitur in quinque uoces Porphyrii, Frater de uoce Ammonii commentariolum, Habes quod a me tibi debebatur χρεος, Solutus equidem ego nunc ſum omni fænore, Liberatus ſum hac quam tua cauſa ſuſcepi moleſtiam,**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Si uero parum, ut ſperaras elegāter dictatum a me fuiſſe iudicabitur, eius rei cul
pam tibi aſſignato, qui quotidie cum Rhamnuſio feſtinans, ſollici
tabas, uexabas, qui tantopere de me latinum Ammonium
expetebas, Et nos ergo ecce latinū dedimus,
Quare ſi i cuiuſq̄ manus forte de
uenerit, qui ſplendidiuſculū
deſiderarit elocutionis
ornatum,
Reſponſum ei facito hoc dictum
ſit, Latii tātū iura græco
homini dare, inſti
tutum
Pomponio fuiſſe, non Vrbis,
patauinum ſi poſſet face
re, non Romanum,
Vale,

Patauii X Cal. Septembr. M. CCCCCII

Impreſſum hoc opus Venetiis
Per Io. Baptiſtam Seſſa.
Anno M. CCC
CCIIII. XV
Cal. Quitil.

Regiſtrum

a b c d e f g
Omnes ſunt
duerni.

Que in hoc opuſculo Studioſe lector ab Exemplari errata depræhendimus,ut inuerſiones litterarú,uidelicet n pro u,t pro r, m pro n,& ecótrario, Et earú geminationes, Syllabarúq; adiúctióes,& diſtinctióes,Quæ pauciſſimæ, nullius mométi eé iueniétur,omittamus,Hec fere ſút, A .In prima Semipagina uerſu 21,deeſt dictio Frater,Sic inſtitutióe Frater, 43 quædam pro quedam, In tertia uerſu 43 coharent pro cohærent, In quarta,32 iductio ſequens hoc uerbum probationis ſuperabundat, 52 quō do pro quomodo In quinta,uer.10,cepit,ꝓ cœpit . 13 quú ,ꝓ quom 49 q̈q̈ pro q̈ que, In Sexta uer. 29 noſtra ,ꝓ noſtram, 48 productionem pro Introductionem . B . In prima ſemipagina uer.6.ſeptima,ꝓ ſeptimo,18 Phrygiſq; pro Phrygiiſq;. In ſecunda uer.8 alios pro alias, In tertia uer.43 per didicerint ꝓ perdidicerit, In quarta uer.44 d̄ ,ꝓ qd̄, In ſeptima uerſu. 30 31 33 Rationale & irrationale,ꝓ rationabile & irrationabile, Item in octaua uerſu 22 23. C. In prima ſemipagina ominum pro omnium ,In tertia 8. ſue pro ſiue, In quarta 17 pertractar per ōprie pro pertractare proprie, In Sexta uer .39. late pro manifeſte, In octaua.29 poſt dedit deſunt hec,Cælumq; uidere iuſſit & erectos ad ſydera tollere uultus, 50 deſcribere ꝓ deſcriberet, D,In prima ſemipagina uer .2 3 .34 35 36 38 39 46 49 .In quo quid eſt,uel in quo quale quid eſt,Quo pro quod, Item in ſecunda uerſ 7 8 9 35 36 37 39, In tertia uerſ4 5 10 12 14 15 16 17, In quarta 9 17, In quinta 14 54 quo pro quod ſæpius, In ſemipagina rurſus tertia.uer. 34. deſunt hec, Vidēdum quidem ſemper,ut neq; deſiat, 42 Rōnabili ꝓ rōnabile, 49 Ex gloſula quadá que erat in margine ſuperfluo atq; indecéter interpoſita hec , Intellectualia quod in ſolo inſint intellectu, E , In prima ſemipag. uer. 4. que pro quæ,& incognita pro incognitæ. 16 Quecunque pro quicunque. In ſecunda 17 ex diuerſo,ſequens uerbum dicimus ſuperabundat, In tertia 42 eos pro nos, F. In prima ſemipagina uerſ. 30 ſpecies pro ſpeciebus, In ſecunda 47 Abiiciendum pro abiiciendus, In quarta uerſ. 11 ſuperabundat dictio illa eius,uer. 15. Que igitur pars eſt diffinitionis, Ex gloſa factus eſt teſtus corruptiſſimus,in exemplari ſic. Illud autem quod rei ideſt diffinitionis eſt pars diſcernit parté diffinitionis illam ,mentis ac ſcientiæcapax eé, que differentia, Idem quoq; factum ē inferius uerſ. 52 , in exéplari Sic Dicendo autem, hoc autem ei ſemper inſitum inexiſtit,potentiam, Nam que fuerant tranſuerſo calamo deleta,putarunt correctores eſſe Teſtum.

Græca uero que deſunt Sunt hec,

B. In ſecunda ſemipagina uer. 9 ηthos , 27 epiſtimi, In tertia 27 catigoriæ. 35. & 50 prolegomena,In quarta 26 dialetici, In quinta 20 dynaton, In ſexta , 8 ontos anagcæu & pantos. uer. 9 ontos. 16 on anagcæon eſti, 17 ontos anagcæu, 37 ontos,38 anagcæu, 47 anagcæu ontos,48 cechηnos, C In octaua uer.28 anothen, E In qnta uerſ.1. deeſt uerſus hic [illegible], F. in prima ſemipa.uer. 22 ο pro ω,

**Pierius Valerianus**

Qui ſumma rerú quæritát primordia,
Sunt eruditi, ineloquentes plurimi.
Quod nulla,ut aiunt,poſſit eſſe affinitas
In eruditione,& Eloquentia.
Stulti,parenti ut qui adſerant & filio
Nil conuenire,nil ineſſe congruum.
At ſi eruditum lectites Ammonium
Nitore culti Gaurici cultiſſimum,
Eſſe alterius alterum ſic indigum
Cenſebis,Vt,ni inſanias,diiudices
Dari eloquentem ineruditum neminem
Dari eruditum ineloquentem neminem.

**Donatus Zerbus.I.P.Feretto.S.**

Pomponios Ferette quondá quattuor,
Nobis latinæ conteſtantur litteræ
Fuiſſe,diuinum genus,Sophiam ille
Secutus Atticam,Atticum tulit nomen.
Ius ille ciuicum colens probatus ſatis,
Mundi ſitum ille,Hiſtoriam docens ille,
Fecere clarum nomen in terris ſuum .
Si tamen abſit liuor,eſſe qui poteſt ?
Pomponiorú priſca quicquid olim ætas
Latino in orbe protulit diu noſtro,
Dices in unum cómigraſſe Gauricum .

**FINIS.**